



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

Libri II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)



D. IOANNIS DAMAS-  
SCENI PARALLELORVM  
LIBER SECVNDVS.

DE MVTABILIBVS, ET INCONSTANTI  
animo præditis. CAP. I.

Ose. 7.  
Eccli. 2.  
1.  
27. 3.  
29.  
Zach. 8.  
Iac. 1.  
Gal. 5.



EGYPTVM inuocabât. & ad Assyrios abierunt.  
Væ duplici corde, & peccatori terram ingre-  
dienti duabus viis. Ne accesseris ad eum duplici  
corde. Stultus vt luna mutatur. Cor ingre-  
diens duas vias, non habebit successus. Vita ma-  
la de domo in domum: & non habitabit, nec ape-  
riet os.  
Neque exeunti neque introëunti erat pax à tri-  
bulatione.  
Vir duplici animo inconstans est in omnibus  
viis suis.

Currebatis bene: quis vos fascinauit, vt non obediretis veritati?  
Basil. Quorum mens ad mutationem propensa est, non est dissentaneum, quin eorum quoque  
vita non sit ordinata.  
Epist. ad Patroph. Homines nubibus similes sunt, quæ, prout immutantur venti, nunc ad hanc, nunc ad  
illam aëris regionem feruntur.  
Simile. Leues & stolidos eos esse censemus, qui facile in vtramque partem feruntur, ac dila-  
Nathan. buntur, non secus ac venti inconstantes, aut Euripi mutationes & reciprocationes, aut in-  
Orat. a. de stabili maris fluctus.  
Pace. Stultus nulla in re consistere solet: pendulæque est ipsius omnis vita, nec firmo vllò gra-  
Philo. du defixa.  
Euagrius Planta, quæ assidue transfertur fructum nunquam edet.

De gloria & honore: & quòd gloriam alteri præbere non oporteat.  
CAP. II.

Barn. 4.  
Esa. 42.  
Eccli. 33.



NE des alteri gloriam tuam: & quæ tibi conducunt, genti alienæ.  
Gloriam meam alteri non dabo.  
Quandiu viuus & spiras, ne mutes teipsum in omni carne. Melius  
enim est vt filij tui orent te, quàm vt ipse respicias in manus filiorum  
tuorum: & in tempore mortis distribue hæreditatem tuam.  
Filio & vxori & amico & fratri ne des potestatem aduersum te in vita tua.  
Ne des alteri gloriam tuam: ne te postea poeniteat, atque eos rogare neesse habeas.

De diabolo, siue Satana & demonibus. CAP. III.  
Quando

**A** Vando spiritus Domini malus arripiebat Saulem, Dauid tollebat ci-<sup>1.Reg.16.</sup>  
tharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius ha-  
bebat. Recedebat enim ab eo spiritus malus.



Confurrexit Satan contra Israël, & incitauit Dauid, vt numeraret <sup>1.Par.27.</sup>  
Israël.

Fortitudo Satanæ in lumbis eius, & virtus eius in vmbilico ventris eius. Strin-<sup>Iob 40.</sup>  
git caudam suam quasi cedrum, nerui testicularum eius perplexi sunt. Anima e-  
ius carbones: cor autem eius durum est vt ferrum. Quis reuelabit faciem indu-<sup>41.</sup>  
menti eius? in complicationem autem thoracis eius quis ingreditur? Portas bris  
ante faciem eius quis aperiet? In circuitu dentium eius timor. Viscera eius scuta  
**B** ærea. Ex ore eius egrediuntur lampades ardentes, & proiiciuntur candentes car-  
bones. Ex naribus eius exit fumus fornacis ardentis igni carbonum: anima eius  
carbones exuret. Flamma autem ex ipsius ore egreditur. Ante ipsum præcurrit  
perditio, lectus eius obeli acuti. Omne aurum maris sub ipso est, velut lutum in-  
dicibile.

Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram an-<sup>Zach.3.</sup>  
gelo Domini: & Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. Et dixit angelus ad  
Satan: Increpet Dominus in te Satan, & increpet in te qui elegit Ierusalem.

Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris: corruisti in terram, <sup>Esa.14.</sup>  
qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo, In cœlum conscendam, super a-  
**C** fra Dei exaltabo folium meum, sedebo in monte Testamēti, in lateribus A-  
quilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Veruntamen  
ad infernum detraheris in profundum lacu. Qui te viderint, ad te inclinabuntur,  
teque prospicient: Nunquid iste est vir, qui conturbauit terram, qui concussit re-  
gna? Qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit, vinctis eius non aperuit  
carcerem? Omnes reges gentium dormierūt in gloria, vir in domo sua. Tu autem  
proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis pollutus, & obuolutus cum his  
qui interfecti sunt gladio, & descendunt ad fundamenta lacu, quasi cadauer pu-  
tridum.

Quemadmodum vestimentum mixtum sanguine non est mundum: sic nec <sup>Cap.14.</sup>  
tu mundus eris. Quoniam tu terram meam perdidisti, & populum meum inter-  
**D** fecisti, dicit Dominus.

Dolus in manu eius, & in corde eius magnificabitur: & dolo interficiet mul-  
tos, & ad multorum perditionem stabit.

Inuidiā diaboli mors intrauit in mundum.

Tunc Iesus ductus est à spiritu in desertum, vt tentaretur à diabolo. Et cum <sup>Sap.2.</sup>  
ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedēs <sup>Mat.4.</sup>  
tentator, dixit, Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Respondens autem  
Iesus, dixit, Scriptum est, Non in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo quod  
procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & sta-  
tuit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei, Si filius Dei es, mitte te deorsum.  
**E** Scriptum est enim, Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis  
tuis. Dixit ei Iesus, Scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum. Rursus  
assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna  
mundi, & gloriam ipsorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraue-  
ris me. Tunc ait illi Iesus, Vade post me Satana, Scriptum est enim, Dominum  
Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruiēs.

Dixit autem Dominus septuaginta: Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo <sup>Luc.10.</sup>  
cadentem. Ecce ego dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scor-  
piones, & super omnem virtutem inimici.

Resistite diabolo, & fugiet à vobis.

Sobrii estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiēs <sup>Iac.4.</sup>  
circuit, quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. <sup>1.Per.5.</sup>

*Basil. in  
exhort. ad  
Baptij.  
Plal. 94.  
Diaboli  
astus.* Dominus prohibens ne pernicioſa diaboli conſilia ſuſcipiamus, Hodie, inquit, ſi **F**  
Vocem meam audieritis. Ille dicit, Hodiernum diem mihi, craſtinum Deo. Dominus con-  
tra inſinuat, Hodie ſi Vocem meam audieritis. Hoſtem animaduerte. Non audet hoc ſua-  
dere, vt prorsus à Deo abſcedamus. Scit enim hoc Chriſtiani auribus graue ac moleſtum  
eſſe. Verum ſubdolis artibus tractat id quod conatur. Scitus ac ſapiens eſt ad malefacien-  
dum. Nimirum illud perſpicit, nos præſentis temporis ratione viuere, atque actionem om-  
nem in præſenti effici. Itaque callide nobis hodiernum diem ſuſſuratur, atque in craſtinum  
nobis ſpes relinquit. Deinde cum craſtinus dies illuxerit, rursus præſto eſt malus ille, noſtra  
nobis cum partiens, hodiernum diem ſibi poſcens, craſtinum Domino. Atque ad hunc modum  
verſipellis ille ſemper tempus præſens per voluptatem eripiens, futurum autem ſpei noſtræ  
relinquens, ſenſim nos nec opinantes vita priuat. **G**

Malus eſt diabolus, atque omnis mali artifex. Et quemadmodum boni affectio ab omni  
liuore pura ſequitur, ſic etiam diabolus inuidia comitatur.

*Ho. quod  
Deus non  
eſt author  
mal.* Inuidia telo ab orbis ortu vsque ad mundi finem omnes ferit ac proſternit ille Vita noſtræ  
corruptor diabolus, atque exitio noſtro gaudens, qui ob inuidiam corrumpit, ac nos eodem telo deiecit.  
Vnde malus diabolus? Ex ſua ipſius voluntate. Liberam enim voluntatem habebat,  
ſitamque in ſe poteſtatem vel Deo adherendi, vel ſe à bono auertendi. Gabriel angelus:  
& Deo ſemper aſſiſtit. Angelus Satanas: & à ſuo ordine prorsus excidit. Atque vt illum  
mentis inductio in ſupernis conſeruauit, ſic hunc quoque voluntatis libertas præcipitem è  
cælo exturbauit. Poterat enim & ille à Deo deſiſcere, & hic non excidere. Verum illum  
quidem inexplebilis erga Deum charitas conſeruauit: huic rursus ſecefſio à Deo hoc attu- **H**  
lit, vt reijceretur.

*Diaboli  
inuidia  
cauſa eſt  
uidit.  
Neque enim  
noſtram in  
paradiſo  
ab omni  
moleſtia  
puram  
vitam  
ferre  
potuit.  
Venerunt  
nobis  
dolis  
atque  
artibus  
hominem  
ludificatus,  
ipſiusque  
cupiditate,  
qua Dei  
ſimilitudinem  
expetebat,  
ad fraudem  
abusus,  
lignum ei  
oſtendit,  
pollicitusque  
eſt ſe  
facturum,  
vt ſi illud  
ederet,  
Dei ſimilitudinem  
conſequeretur.  
Si enim  
comederitis,  
inquit,  
eritis ſicut  
Dij,  
ſcientes  
bonum  
& malum.  
Quocirca  
non hoſtis  
nobis  
conditus  
eſt, ſed ex  
inuidia  
in odium  
noſtri  
prorupit.  
Nam cum  
ſeipſum  
ab angelorum  
claffe  
depulſum  
cerneret,  
eum qui  
terrenus  
eſſet,  
ad angelorum  
dignitatem  
per progreſſum  
aſſurgentem  
cernere  
non poterat.  
Quoniam  
igitur  
hoſtis  
noſter  
effectus  
eſt, idcirco  
Deus  
nobis,  
vt ipſi  
relictumur,  
edixit,  
dum  
videlicet  
beſtiam  
eam, que  
ipſi  
operam  
nauauerat,  
alloqueretur,  
minasque  
ad eam  
reſerret:  
Inimicitias  
ponam  
inter te,  
& inter  
ſemen  
eius.* Quid cauſa eſt, quamobrem diabolus bellum aduerſum nos ſuſceperit? Quia, cum vitij  
omnis conceptaculum eſſet, liuoris quoque morbum exceperit, honorumque noſtrum nobis in-  
cauſa eſt uidit. Neque enim noſtram in paradiſo ab omni moleſtia puram vitam ferre potuit. Ven-  
erunt nobis dolis atque artibus hominem ludificatus, ipſiusque cupiditate, qua Dei ſimilitudinem  
bellum in-  
ferat.  
Gen. 3. expetebat, ad fraudem abusus, lignum ei oſtendit, pollicitusque eſt ſe facturum, vt ſi illud  
ederet, Dei ſimilitudinem conſequeretur. Si enim comederitis, inquit, eritis ſicut Dij, ſcien-  
tes bonum & malum. Quocirca non hoſtis nobis conditus eſt, ſed ex inuidia in odium noſtri  
prorupit. Nam cum ſeipſum ab angelorum claffe depulſum cerneret, eum qui terrenus eſſet,  
ad angelorum dignitatem per progreſſum aſſurgentem cernere non poterat. Quoniam igitur  
hoſtis noſter effectus eſt, idcirco Deus nobis, vt ipſi relictumur, edixit, dum videlicet  
beſtiam eam, que ipſi operam nauauerat, alloqueretur, minasque ad eam reſerret: Inimicitias  
ponam inter te, & inter ſemen eius. **I**

*Ideo dia-  
bolus nos  
odit, quia  
eſt: ac nos  
vt Dei  
creaturas,  
& ipſius  
ſimilitudinem  
gerentes,  
odio inſectatur.  
Deus por-  
Deum or-  
rò, vt qui  
ſapienter  
& prouidè  
res humanas  
moderetur,  
ad animarum  
noſtrarum  
exerci-  
dit. tationem  
ipſius  
improbitate  
abusus eſt:  
perinde  
nimirum  
ac medicus  
Viperæ  
Veneno ad  
ſimile. ſalutarium  
medicamentorum  
confectionem  
abuti ſolet.  
Satan  
verò  
idcirco  
nuncupatur,  
quod bono  
aduerſetur.* Quoniam diabolus apoſtata exiit, ſequè & Dei, & hominum ad imaginem Dei cõ-  
ditor hoſtem profeſſus eſt, ob eam cauſam hominum odio flagrat, quia Dei quoque hoſtis  
odit, quia eſt: ac nos vt Dei creaturas, & ipſius ſimilitudinem gerentes, odio inſectatur. Deus por-  
Deum or-  
rò, vt qui ſapienter & prouidè res humanas moderetur, ad animarum noſtrarum exerci-  
dit. tationem ipſius improbitate abusus eſt: perinde nimirum ac medicus Viperæ Veneno ad  
ſimile. ſalutarium medicamentorum confectionem abuti ſolet. Satan verò idcirco nuncupatur,  
quod bono aduerſetur. **K**

*Nax.  
de efferre,  
atque  
aduerſus  
omnipotentem  
Deum  
cervicem  
attollere,  
ac ſupra  
cubes,  
vt ait  
Scri-  
ptura,  
thronum  
ſibi  
excogitare,  
penas  
arrogantia  
ſua  
dignas  
dedit,  
hoc  
nimirum  
ſupplicio  
mulctatus,  
vt pro  
luce  
caligo  
efficeretur.* Ex angelorum claffe is, qui ſeditionem mouere auſus eſt, ac ſupra dignitatem ſuam ſe-  
rat. I. de efferre, atque aduerſus omnipotentem Deum cervicem attollere, ac ſupra cubes, vt ait Scri-  
ptura, thronum ſibi excogitare, penas arrogantia ſua dignas dedit, hoc nimirum ſupplicio  
mulctatus, vt pro luce caligo efficeretur.

De incredulitate: & quod qui probabili cauſa Deo fidem abrogat, non pro-  
pterea veniam conſequatur. **CAP. IIII.**

Gen. 17.

**D**IXIT Dominus ad Abraham: Sarai vxorem tuam non vocabis Sa-  
rai, ſed Saram. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui bene-  
dicturus ſum: & erit in nationes, & reges oriètur ex eo. Cecidit A bra-  
ham in faciè ſuâ, & riſit in corde ſuo, dicens, Putafne centenariò naſce-  
tur filius? & Sara nonagenaria pariet? Dixitque ad Deum: Vtinã Iſmahel viuat  
coram

*mittit inter pocula laudes ipsius celebrare.*

*Mensa Dei  
expers nil  
à stabulo  
differt.*

*Mensa, in qua nulla Dei memoria adhibetur, à brutorum stabulo nil differt.*

*De iustis: & quòd Dominus eos custodiat. CAP. VI.*

*Iob. 36.*



ON recedit à iusto oculus eius: & collocabit eos in victoria, & exaltabuntur.

*Psal. 32.  
33.*

Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant in misericordia eius. Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos, &c. Multa tribulationes iustorum: & de omnibus iis liberabit eos Dominus. Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.

*36. 144.*

Salus autem iustorum à Domino. Sustentat iustos Dominus. Custodit Dominus omnes diligentes se.

*Pro. 3. 15.  
10.*

Habitacula iustorum benedicuntur. Domus iustorum benedicitur. Domus iustorum fortitudo multa. Benedictio Domini super caput iusti. Læticia cum iustis moratur. Lux iustis in perpetuum. Iusti faciunt in diuitiis annos multos. Iustus in læticia & oblectatione perit. Iustus ex laqueo euadit: traditur autem pro eo impius.

*Esa. 43.*

Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo. Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris in igne, non comburearis, & flamma non ardebit in te.

*2. Pet. 2.*

Novit Dominus pios de tentationibus eripere.

*Didymi.*

*Iusti quoque in multas calamitates incidunt. Verum illa flagella non sunt, quòd eas non obpeccata sustineant.*

*Quòd mors iustorum pretiosa sit apud Deum.*

*CAP. VII.*

*Num. 23.*

*Psal. 115.*

*Pro. 10.*

*Esa. 57.*



ORIA TVR anima mea morte iustorum.

Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.

Memoria iusti cum laudibus. In laudatione iusti delectabuntur i populi multi.

A facie iniusti sublatu est iustus: & erit in pace sepultura eius.

*Cyrill.*

*Sanctorum urnas honoramus, ac velut in præclarissima ipsorum virtutis magnitudinisque animi præmium & mercedem, nunquam inter morientem ipsis memoriam repèdimus.*

*Viros sanctos fidem seruantes honore afficimus, & eos, qui fortitudinis dotibus tanquam coronis quibusdam præclare redimiti sunt, qui que ad extremum vsque spiritum dimicauerunt, & pro Christi religione martyrium obierunt, ac per præclara facinora pietatis causa edita nomen suum illustrarunt.*

*Basilin.*

*Psal. 29.*

*Psal. 115.*

*Qui martyr is ossa contingit, ex ea, quæ corpori insidet, gratia sanctitatis cuiusdam particeps efficitur. Pretiosa est itaque in conspectu Domini mors sanctorum eius.*

*De discrimine Dei & hominum: & quòd multum intersit, peccetne quispiam in Deum, an in homines. CAP. VIII.*

*1. Reg. 2.*



ELI autem erat senex valde, & audiuit quæ faciebant filij sui filiis Israël: & dixit eis, Quare facitis res huiusmodi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo? Nolite filij mei: non enim est bona fama quam audio, vt transgredi faciat is populum Domini. Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?

Quarite

**A** coram te. Et ait Deus ad Abraham: Sara vxor tua pariet tibi filium: vocabisque nomen eius Isaac: & constituam pactum meum illi in foedus sempiternum, & femini eius post eum.

Dixit Elifaus: In tēpore hoc cras modius similæ vno statere erit, & duo modij hordei statere vno in porta Samariæ. Respondens vnus de ducibus, super cuius manum rex incumberat, homini Dei, ait, Si Dominus fecerit etiam cataractas in cœlo, nunquid poterit esse quod loqueris? Qui ait: Videbis oculis tuis, & inde non comedes.

Dixit Zacharias ad angelum: Quomodo cognoscam hoc? Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus dixit ei: Ego sum Gabriel angelus, qui sto ante faciem Dei, & missus sum loqui hæc ad te, & annunciare tibi hæc. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui, vsque ad diem quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti sermonibus meis, qui quidem implebuntur tempore suo.

Dixit Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus ad eam, dixit: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.

Thomas autē vnus ex duodecim, qui dicebatur Didymus, non erat cum illis quando venit Iesus. Dicunt igitur ei alij Discipuli, Vidimus Dominum. Ipse autem dixit eis, Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & misero digitum meum in locum clauorum, & misero manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo erant iterum Discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio eorum, & dixit, Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Et respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me, Thomas, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt.

*De cœna & conuiuio.*

CAP. V.

**D** **N** E COMEDAS cum homine inuido, & ne desideres cibos illius. Quemadmodum enim si quis deuoret crinem, sic manducat & bibit. Quando sederis vt comedas cum principe, diligenter attende quæ apposta sunt tibi.

Non est homini bonum sub Sole, nisi quod comederit & biberit atque gaudeat: & hoc solum auferet de labore suo in diebus vitæ suæ. Age, comede in lætitia panem tuum.

Pone mensam: contemplare in specula: comedentes & bibentes surgite principes, arripite clypeum.

Viri iusti sint tibi conuiuæ. Vtere quasi homo frugi his quæ apponuntur: & non cum manducas multum, odio habearis. Supra mensam magnam sedisti? Non aperias super illam faucem tuam prior. Non dicas, Multa sunt quæ super illam sunt. Ne extendas manum tuam prior. Ne comprimar in conuiuio. Cessa prior causa disciplinæ: & noli nimius esse, ne fortè offendas. Et si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam.

Dicebat Dominus ei qui se inuitauerat, Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, nec vicinos diuites, nec cognatos tuos: ne fortè & ipsi te reuident, & fiat tibi retributio. Cum autem facis prandium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos. Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.

*Vt autem consentaneum est ante epulas Deum vniuersorum benedicere: sic etiam con-* Clemens.

*mittit inter pocula laudes ipsius celebrare.*

*Mensa Dei  
expers nil  
à stabulo  
differt.*

*Mensa, in qua nulla Dei memoria adhibetur, à brutorum stabulo nil differt.*

*De iustis: & quòd Dominus eos custodiat. CAP. VI.*

*Iob. 36.*



ON recedit à iusto oculus eius: & collocabit eos in victoria, & exaltabuntur.

*Psal. 32.  
33.*

Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant in misericordia eius. Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos, &c. Multa tribulationes iustorum: & de omnibus iis liberabit eos Dominus. Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.

*36. 144.*

Salus autem iustorum à Domino. Sustentat iustos Dominus. Custodit Dominus omnes diligentes se.

*Pro. 3. 15.  
10.*

Habitacula iustorum benedicuntur. Domus iustorum benedicitur. Domus iustorum fortitudo multa. Benedictio Domini super caput iusti. Læticia cum iustis moratur. Lux iustis in perpetuum. Iusti faciunt in diuitiis annos multos. Iustus in læticia & oblectatione perit. Iustus ex laqueo euadit: traditur autem pro eo impius.

*Esa. 43.*

Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo. Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris in igne, non comburens, & flamma non ardebit in te.

*2. Pet. 2.*

Novit Dominus pios de tentationibus eripere.

*Didymi.*

*Iusti quoque in multas calamitates incidunt. Verum illa flagella non sunt, quòd eas non obpeccata sustineant.*

*Quòd mors iustorum pretiosa sit apud Deum.*

*CAP. VII.*

*Num. 23.*

*Psal. 115.*

*Pro. 10.*

*Esa. 57.*



ORIA TVR anima mea morte iustorum.

Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.

Memoria iusti cum laudibus. In laudatione iusti delectabuntur I populi multi.

A facie iniusti sublatu est iustus: & erit in pace sepultura eius.

*Cyrill.*

*Sanctorum urnas honoramus, ac velut in præclarissima ipsorum virtutis magnitudinisque animi præmium & mercedem, nunquam inter morientem ipsis memoriam repèdimus.*

*Viros sanctos fidem seruantes honore afficimus, & eos, qui fortitudinis dotibus tanquam coronis quibusdam præclare redimiti sunt, qui que ad extremum vsque spiritum dimicauerunt, & pro Christi religione martyrium obierunt, ac per præclara facinora pietatis causa edita nomen suum illustrarunt.*

*Basilian.*

*Psal. 29.*

*Psal. 115.*

*Qui martyr is ossa contingit, ex ea, quæ corpori insidet, gratia sanctitatis cuiusdam particeps efficitur. Pretiosa est itaque in conspectu Domini mors sanctorum eius.*

*De discrimine Dei & hominum: & quòd multum intersit, peccetne quispiam in Deum, an in homines. CAP. VIII.*

*1. Reg. 2.*



ELI autem erat senex valde, & audiuit quæ faciebant filij sui filiis Israël: & dixit eis, Quare facitis res huiusmodi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo? Nolite filij mei: non enim est bona fama quam audio, vt transgredi faciatis populum Domini. Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?

Quarite

D. IOANN. DAMASCENI

- Præceptū Domini fons vitæ. Qui diligūt legē, muro seipfos circūcingūt. **P**  
*Zach. 2.* Hæc dicit Dominus, Si in viis meis ambulaueris, & præcepta mea custodieris,  
 tu diiudicabis domum meam.
- Esa. 55.* Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in erassitudine ani-  
 ma vestra.
- Ecli. 19.* Melior est homo qui minuitur, & deficiens sensu in timore, quàm qui abun-  
 23. dat sensu, & transgreditur legem Altissimi. Nihil dulcius quàm operam dare  
 32. mandatis Domini. Qui quærit legem, explebitur ea. Pone thesaurum tuum  
 in mandatis Altissimi, & proderit tibi magis quàm aurum.
- Mat. 7.* Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum:  
 sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis est. Quicumque audit sermo- **G**  
 nes meos, & facit eos, similibo eum viro sapienti, qui ædificauit domum suam  
 supra petram: & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & in-  
 cubuerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat supra petram.
12. Quicumque fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror, & mater est.
- Io. 8.* Qui ex Deo est, verba Dei audit. Si diligitis me, mandata mea seruate.
14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad  
 eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.
- 1. Cor. 7.* Circuncisio nihil est, & præputium: sed obseruatio mandatorum Dei.
- 1. Io. 3.* Qui seruat mandata eius, in ipso manet, & ipse in eo.
- Chryf.* Quod in cithara cantu est ars, hoc in Dei legibus est operum demonstratio. **H**  
*Euagr.* Quæcumque nobis Lege præcipiuntur, ea exequi necesse est. Atque ista tributi rationem  
 obtinent. Quæ autem ab animi inductione atque instituto proficiuntur, vt *virginitas, ac*  
*secessus à mundo, dona sunt, ac xenij rationem habent. Xenium porrò non necessitate offer-*  
*tur. Alioqui enim xenium non fuerit.*

De mandatis Dei, & iis qui ea non custodiunt.

C A P. X.

*Gen. 3.*



**V**OCAVIT DEUS ADAM, & dixit ei: Adam ubi es? Qui ait:  
 Vocem tuam audiui in paradiso: & timui, eo quòd nudus es-  
 sem, & abscondi me. Cui dixit Dominus: Quis enim indica-  
 uit tibi quòd nudus esses, nisi quòd ex ligno, de quo præce-  
 peram tibi ne comederes, comedisti?

*Leuit. 26.*

Si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea: si  
 spreueritis leges meas, & iudicia mea contempseritis, vt non  
 faciatis ea, quæ à me constituta sunt, immittam in vos anxietatem & scabiem, &  
 auriginem. Visitabo vos in egestate & ardore, qui cõficiat oculos vestros, & con-  
 sumat animas vestras. Frustra feretis semetem, quæ ab hostibus deuorabitur. Po-  
 nam faciem meam contra vos, & corruetis coram hostibus vestris, & fugietis ne-  
 mine persequente. Conteram insolentiam superbiæ vestræ. Et dabo vobis cœlum  
 ferreum, & terram æneam. Et non dabit terra fructum suum. Et comedetis car- **K**  
 nes filiorum vestrorum & filiarum vestrarum.

*Deut. 27.*

Maledictus homo, qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos ope-  
 re perficit. Et dicit omnis populus, Amen.

23.

Maledictus eris in ciuitate, & maledictus in agro. Maledictum horreum tuum,  
 & maledictæ reliquæ tuæ. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, ar-  
 menta boum tuorum, & greges ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens, & ma-  
 ledictus egrediens. Mittet Dominus super te famem & esuriem, & increpationem  
 in omnia opera tua, quæ tu facies: donec conterat te, & perdat velociter, propter  
 adinuentiones tuas pessimas, in quibus reliquisti me. Adiungat tibi Dominus pe-  
 stilentiam, donec consumat te de terra, ad quam ingrederis possidendam. Percu-  
 tiat te



**A** Quærite Dominum, dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est: De-  
relinquat impius viam suã, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Do-  
minum; & miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quando multus est ad igno-  
scendum. Non enim cogitationes meæ cogitationes vestræ, neque viæ vestræ viæ  
meæ, dicit Dominus. Quia sicut exaltantur coeli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ  
à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris.

*Tantum inter Deum & hominem intervallum est, quãtum nulla oratione exprimi queat. Incerti.*

*De mandatis Dei, & iis qui ea custodiunt. CAP. IX.*

**B** **S**I AUDIERITIS vocem meã, & custodieritis pactũ meum, *Exod. 19.*  
eritis mihi in peculium de cunctis populis. Mea enim est omnis  
terra. Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta.  
Si audieris vocem meam, & feceris omnia quæcunq; dixerõ  
tibi, disperdã inimicos tuos, & aduersarius ero aduersariis tuis.  
Si in præceptis meis ambulaueritis; & mandata mea custo- *Leuit. 26.*  
dieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus suis, &  
terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium  
tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem, & comedetis panem ve-  
strum in saturitate, & absque pauore habitabitis in terra vestra: Dabo pacem in  
finibus vestris. Dormietis, & non erit qui exterreat. Auferã malas bestias, & gla-  
dius non transibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros, & corruent  
coram vobis. Persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum de ve-  
stris decem millia. Cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro: Respiciam  
vos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum.  
Comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proicietis.  
Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abiiciet vos anima mea.  
Ambulabo inter vos, & ero Deus vester.

Custodi temetipsum, & animam tuam sollicitè. Ne obliuiscaris verborũ, quæ *Dent. 4.*  
viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Obser- *6.*  
ua vt facias, quæ præcepit tibi Dominus, vt bene sit tibi. Non declines neque *9.*  
ad dextram, neque ad sinistram: sed per viam, quam præcepit Dominus Deus ves-  
ter, ambulabitis, vt viuatis. Si audieritis iustificationes has meas, & custodierit-  
is, & feceritis eas, custodiet Dominus vobis pactum suum, & misericordiam, quã  
fanxit patribus vestris. Et diliget te Deus, & benedicit fructus ventris tui, & fru-  
ctum terræ tuæ, & triticum tuum, & vinum tuum, & oleum tuum, & benedictus  
eris super omnes Gentes. Si audieris vocem Domini Dei tui, benedictus eris *28.*  
in agro, & benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ. Benedictus eris ingre-  
diens & egrediens. Mittet Dominus benedictionem, vbicunq; inieceris manum  
tuam. Et benedictet omnia opera manuum tuarum. Foenerabis gentibus multis, &  
E ipse à nullo foenus accipies. Dominaberis gentibus multis. Et constituet te Do-  
minus in caput, & non in caudam, & dabit pluuiam super terram in tẽpore suo.

Dixit Samuel, Nũquid Dominus vult holocausta & sacrificia, & non potius *1. Reg. 15.*  
vt obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia, quàm victima.

Obedientia tua multiplicauit me in dilatationem.

Vias eius custodiui: & non declinabo à mandatis eius, ne moriar. Si audie- *Iob. 23.*  
rint, & seruerint, perficient dies suos in bonis, & annos suos in elegantia.

Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Iustitia eius in filios ho- *Ps. 18. 102.*  
minum, his quæ seruant testamentum eius. Vtinam dirigantur viæ meæ ad cus- *118.*  
todiendas iustificationes tuas. Lex tua veritas.

Omnis sermo Dei ignitus: clypeus est sperantibus in se.

Finè loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obserua. *Pro. 30. Eccl. 7. 6.*

D. IOANN. DAMASCENI

- Præceptū Domini fons vitæ. Qui diligūt legē, muro seipfos circūcingūt. **P**  
*Zach. 2.* Hæc dicit Dominus, Si in viis meis ambulaueris, & præcepta mea custodieris,  
 tu diiudicabis domum meam.  
*Esa. 55.* Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in erassitudine ani-  
 ma vestra.  
*Ecli. 19.* Melior est homo qui minuitur, & deficiens sensu in timore, quàm qui abun-  
 23. dat sensu, & transgreditur legem Altissimi. Nihil dulcius quàm operam dare  
 32. mandatis Domini. Qui quærit legem, explebitur ea. Pone thesaurum tuum  
 in mandatis Altissimi, & proderit tibi magis quàm aurum.  
*Mat. 7.* Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum:  
 sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis est. Quicumque audit sermo- **G**  
 nes meos, & facit eos, similibo eum viro sapienti, qui ædificauit domum suam  
 supra petram: & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & in-  
 cubuerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat supra petram.  
 12. Quicumque fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror, & mater est.  
*Io. 8.* Qui ex Deo est, verba Dei audit. Si diligitis me, mandata mea seruate.  
 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad  
 eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.  
*1. Cor. 7.* Circuncisio nihil est, & præputium: sed obseruatio mandatorum Dei.  
*1. Io. 3.* Qui seruat mandata eius, in ipso manet, & ipse in eo.  
*Chryf.* Quod in cithara cantu est ars, hoc in Dei legibus est operum demonstratio. **H**  
*Euagr.* Quæcumque nobis Lege præcipiuntur, ea exequi necesse est. Atque ista tributi rationem  
 obtinent. Quæ autem ab animi inductione atque instituto proficiscuntur, vt *virginitas, ac*  
*secessus à mundo, dona sunt, ac xenij rationem habent. Xenium porrò non necessitate offer-*  
*tur. Alioqui enim xenium non fuerit.*

De mandatis Dei, & iis qui ea non custodiunt.

C A P. X.

*Gen. 3.*



OCCAVIT DEUS ADAM, & dixit ei: Adam ubi es? Qui ait:  
 Vocem tuam audiui in paradiso: & timui, eo quòd nudus es- **I**  
 sem, & abscondi me. Cui dixit Dominus: Quis enim indica-  
 uit tibi quòd nudus esses, nisi quòd ex ligno, de quo præce-  
 peram tibi ne comederes, comedisti?

*Leuit. 26.*

Si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea: si  
 spreueritis leges meas, & iudicia mea contempseritis, vt non  
 faciatis ea, quæ à me constituta sunt, immittam in vos anxietatem & scabiem, &  
 auriginem. Visitabo vos in egestate & ardore, qui cõficiat oculos vestros, & con-  
 sumat animas vestras. Frustra feretis semetem, quæ ab hostibus deuorabitur. Po-  
 nam faciem meam contra vos, & corruetis coram hostibus vestris, & fugietis ne-  
 mine persequente. Conteram insolentiam superbiæ vestræ. Et dabo vobis cœlum  
 ferreum, & terram æneam. Et non dabit terra fructum suum. Et comedetis car- **K**  
 nes filiorum vestrorum & filiarum vestrarum.

*Deut. 27.*

Maledictus homo, qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos ope-  
 re perficit. Et dicit omnis populus, Amen.

23.

Maledictus eris in ciuitate, & maledictus in agro. Maledictum horreum tuum,  
 & maledictæ reliquæ tuæ. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, ar-  
 menta boum tuorum, & greges ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens, & ma-  
 ledictus egrediens. Mittet Dominus super te famem & esuriem, & increpationem  
 in omnia opera tua, quæ tu facies: donec conterat te, & perdat velociter, propter  
 adinuentiones tuas pessimas, in quibus reliquisti me. Adiungat tibi Dominus pe-  
 stilentiam, donec consumat te de terra, ad quam ingrederis possidendam. Percu-  
 tiat te

**A**tiat te Dominus egestate, febrī & frigore, ardore & æstu, & aëre corrupto ac rubigine, & persequatur donec pereas. Sit coelum, quod supra te est, æneum: & terra, quam calcas, ferrea. Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cœlo descendat super te cinis, donec conteraris. Tradat te Dominus corruentem ante hostes tuos. Per vnā viam egrediaris contra eos, & per septem fugias, & dispergaris per omnia regna terræ. litque cadauer tuum in escam cunctis volatilibus cœli, & bestiis terræ, & non sit qui abigat. Percutiat te Dominus vlcere Ægypti, & partem corporis, per quam stercora egeruntur, scabie quoque & prurigine: ita vt curari nequeas. Percutiat te Dominus amentia & cæcitate ac furore mētis, & palpes in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. **B**onique tempore calumniam sustineas, & opprimaris violentia, nec habeas qui liberet te. Vxorē accipias, & alius dormiat cum ea. Domum ædifices, & non habites in ea.

Dixit Samuel ad Saul: Nonne cū paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es? vnxitque te Dominus in regem super Israël, & misit te Dominus in viam, & ait, Vade, & interfice peccatores Amalec, & pugnabis contra eos vsque ad internecionem eorum. Quare ergo non audisti vocem Domini, sed versus ad prædam es, & fecisti malum in oculis Domini? Et ait Saul ad Samuelem: Quia audiui populum. 1. Reg. 15.

Et erit, quemadmodum dixit Dominus, & non audierunt eum: ita clamabunt, & non exaudiam eos, dicit Dominus. Factum est semen inobedientium in perditionem. Si audisses vocem meam, facta fuisset, vt flumen, pax tua, & iustitia tua tanquam fluctus maris. Zach. 7.

Dicent, Væ his qui legem reiiciunt. Qui legem reiicitis, timor & fouea & laqueus super vos. Esa. 24.

Omnis qui audit sermones meos, & non facit eos, similabitur viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & incubuerunt in eam, & cecidit. Et facta est ruina domus illius magna. Mat. 7.

Qui sine lege peccauerunt, sine lege etiam peribunt: qui autem in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Rom. 2.

Estote factores legis, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos: quia si quis auditor est legis, & non factor, hic similis est viro considerati vultu natiuitatis suæ in speculo. Considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis sit. Iac. 1.

Vidi hæc ego, Deique in omnibus rebus sapientiam admiratus sum. Porro cū bruta eam vim habeant, vt suæ saluti consulant, eamque tueantur, ac piscis etiam, quid amplexari, quid fugere debeat, norit: quid dicemus nos, qui ratione ornati, & Lege eruditi, & sollicitationibus incitati, & Spiritu edocti sumus, & tamen piscibus rationis expertibus stultius res nostras administramus? Quandoquidem illi futuri rationem quandam habent: nos autem per voluptatem pecudibus congruentem vitam nostram consumimus. Piscis torcularia peragrat, vt vtilitatem aliquā nanciscatur: quid dicturus es, qui in otio viuus? Otium enim flagitiose actionis initium est. Nec verò est quod amentiam quiquam causetur. Etenim naturalis ratio nobis insita est, quæ & coniunctionem cum bono, & auersionem ab iis, quæ perniciofa sunt, ostendit. Pisces Dei legi minime reluctantur: & nos homines salutaria documenta non sustinemus. Ne eo nomine pisces contempnas, quod & ratione, & voce careant. Tu enim his quoque à ratione alienior es, qui Creatoris edicto aduerseris. Basiliius  
minus fu-  
tura pro-  
ficiunt  
quam pis-  
ces.  
Otium, fla-  
gitiorum  
omni-  
parens.

Impium est profiteri impossibilia esse, quæ Spiritus præcipit.

Admixtum est naturæ malum per eos, qui ab initio vitium admiserunt, ac per inobedientiam morbo aditum ad se aperuerunt. Cyrilli.

Res omnes conditæ Dei præcepto parent: solus homo, cuius causa cuncta facta sunt, contumacem se præbet.

*Chrys.* Qui patrem non imitantur, eos ille, cum patrem vocant, minime exaudit. Itaque cum F  
certis notis ad Dominum accede: ac totum te ut filium amplectetur.

*Iosephi.* Qui Dei voluntatem sequuntur, nec ea, quae praeclare sancita sunt, violare audent, his  
omnia ex sententia succedunt, ac beatitudinis premium a Deo proponitur. Quantum au-  
tem ab accurata & diligenti eorum cura se remouent, tantum quoque difficilia eis sunt,  
quae prona & facilia erant, ac quicquid boni facere student, in exitiales calamitates ipsis  
vertitur.

De beatitudine: & quod nemo ante mortem beatus censeri debeat.

CAP. XI.

*Ecli. 11.*

**N**TE mortem ne beatum duxeris quenquam.

*Basil.*

**A** Qui in vita versatur, beatus nondum praedicandus est, quia, quis exitus  
futurus sit, non est exploratum. Qui autem munere suo plene perfunctus est,  
atque irrefragabili sine vitam clausit, is demum tunc beatus dicitur.

*Nat. in  
Terr.*

Ne te ante iactes, quam sit in portu ratis.  
Perierunt multi iam propinqui littori.  
Vado appulere, turbine acti, plurimi.  
Mala exprobrare nemini, certa est salus.

De somniis.

CAP. XII.

*Ecli. 34.*

**S** OMNIA extollunt imprudentes. Quasi qui apprehendit umbram, &  
persequitur ventum: sic & qui attendit ad visa mendacia. Et sicut partu-  
rientis, cor tuum phantasias patitur, nisi ab Altissimo fuerit emissa visi-  
tatio. Ne dederis in illis cor tuum: multos enim errare fecerunt in somnia, & exci-  
derunt sperantes in illis.

Vaticinia, & auguria, & infomnia, peccata sunt.

*Basil. Ho.  
in mart.  
Iulii.*

Solent plerumque species illae, quae animis nostris inter dormiendum obuersantur, diu-  
narum curarum reliquiae esse. Nam qualia fuerint vitae nostrae studia & instituta, talia  
quoque somnia esse necesse est.

De spe: & quod ea in Deo collocanda sit, non autem in humanis praesidiis.

CAP. XIII.

*Job 27.*

*Psal. 5.*

17.

19.

24.

25.

30.

31.

36.

56.

77. 117.

124.

145.



**Q**UI CONFIDIT in Domino, saluabitur.

Latentur omnes qui sperant in te: in aeternum exultabunt,  
& habitabis in eis. Protector est omnium sperantium in te.

Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei no-  
stri sperauimus, &c. In te sperauerunt patres nostri: speraue-  
runt, & tu liberaisti eos. Oculi mei semper ad Dominum:

quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. In Domino  
sperans, non infirmabor. In ipso sperauit cor meum, & adiutus sum. In te  
Domine speraui, non confundar in aeternum. Sperantem in Domino miseri-  
cordia circundabit. Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, &c.

Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. Iacta super Do-  
minum curam tuam, & ipse te enutriet. Miserere mei, Domine, miserere mei:

quoniam in te confidit anima mea. In Deo speraui, non timebo quid faciat  
mihi homo. Deduxit eos in spe, & non timuerunt. Melius est sperare in  
Domino, quam sperare in homine. Qui confidunt in Domino, sicut mons  
Sion, &c. Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum, in quibus

non est

**A** non est salus. Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in die illa peribunt omnes cogitationes eorum.

Confide in Domino in toto corde tuo. Qui confidit in Domino, ei cura *Pro. 3.* erit. Qui confidit in Domino, beatus est. Qui confidit in Domino, latabitur.

Dominus iudex noster, Dominus princeps noster: ipse saluabit nos. Ecce *Esa. 33.* Deus saluator meus: fiducialiter agam, & non timebo.

Benedictus vir, qui confidit in Domino. Et erit Dominus fiducia eius. Et erit *Hier. 17.* quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas.

Non est confusio sperantibus in te. *Dan. 3.*

**B** Respicite filij nationes hominum: & scitote quia nullus sperauit in Domino, *Eccli. 2.* & confusus est. Quis enim permanfit in mandatis eius, & derelictus est? aut quis inuocauit eum, & despexit illum? Quoniam pius & misericors est Deus, & remittet in die tribulationis peccata.

Spe saluati sumus. Spes autem eorum, quæ videntur, non est. Quod enim quis *Rom. 8.* videt, quid credit? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus.

State ergo, accincti lumbos mentis vestræ, vigilantes, perfectè sperantes in *Eph. 6.* eam quæ vobis offertur gratiam.

**C** Certum sit nobis, fratres, tentationis tempore non ad humanas spes confugere, atque hinc *Basil. in* nobis subsidia venari, sed cum lachrimis & gemitibus & sedula oratione, atque inten- *Ps. 59.* ta vigilia vota facere. Sic enim auxilium de tribulatione accipit, qui opem humanam, vt *Vanam, aspernatur.*

Fieri non potest, vt is optato sine excidat, qui toto pectore in Deo sperat, & ea, quæ sua *Chryf.* sunt partium, obit. Fieri non potest, vt qui studium ac diligentiam adhibet, ac salutis suæ cura & sollicitudine afficitur, omniæque, quæ sui muneris sunt, præstat, à Deo vnquam deseratur.

**D** Cum humani auxilij spes nulla ex parte nobis affulget, ne propterea spem abiiciamus, animisque frangamur & debilemur: verum fidei anchoram arripiamus. Proiciamus *Spei instrumentum, non in mare, sed in cælum: ac scapha nostra, quæ tempestate iactatur, e periculis emerget.*

Nolite confidere in principibus: nolite ob incertas opes animi extolli: ob corporis vires nolite magnificè de vobis existimare: humanæ gloriæ splendorem nolite consecrari. Nihil horum salutem affert. Omnia caduca, omnia fallacia. Vnicum perfugium Deus est. Male- dictus homo, qui spem suam in homine fixam habet.

**E** Cum in calamitatibus versamur, ad quiduis potius, quàm ad Deum currimus. Aeger *Plerique* est filius? Incantatorem circumspicis, aut eum qui superuacaneos quosdam characteres in- *in calami-* nocentium puerorum collis imponit, aut denique ad medicum & pharmaca te confers: ne- *tibus ad* glecto interim eo, qui salutis afferendæ potestatem habet. Si insomnium quoddam te con- *quiduis* turbauit, ad somniorum interpretem properas. Si hostem pertimescis, hominis alicuius pa- *potius quàm* trocinium tibi excogitas. Atque, vt paucis complectar, in qualibet necessitate, verbo qui- *ad Deum* dem Deum perfugium tuum appellare, re autem ipsa Vanarum & inutilium rerum au- *confugiunt* xilium accersere compereris. At verò iusto homini verum auxilium Deus est. Vt enim copiarum militarium præfectus, egregijs armis instructus, ad suppetias laboranti agmini ferendas semper paratus est: eodem modo Deus quoque adiutor noster est.

Morbo laboras? Aequo animo esto. Quem enim diligit Deus, castigat. Egestate preme- *Basil.* ris? Gaude: quia Lazari bona te exceptura sunt. Probro atque ignominia ob Christi nomen *Luc. 16.* afficeris? Beatus es: quia ignominia hæc tua in angelicam gloriam commutabitur.

Quamuis, vt ais, patronus hic tuus mortem cum vita commutarit, rursus tamen alte- *Nili.* rum tibi patronum hoc meliorem ac munificentiore Deum tibi præbebit: siquidem fide er- ga ipsum ac spe præditus sis.

Qui in homine spem suam collocat, vel ob vllam aliam rem huiusce vitæ attollitur, ve- *Basil.*

lut ob potentiam, aut opes, aut quicquam eorum, quæ vulgò præclara existimantur, is dicitur. **F**  
*Esal. 30.* *re non potest, In te Domine speravi. Diuinum enim præceptum est, Non sperare in princi-*  
*Hier. 17.* *piibus. Et maledictus homo qui confidit in homine.*

*Mili.* *Qui diuinam animi tranquillitatem consequi studet, id agere debet, ut mentem suam*  
*ab omni turbida affectione liberam custodiat. Quocirca tibi ipsi hoc persuade, ut propter*  
*Deum solum, ac non propter caducam, ac confestim exolefcentem hominum gloriam, quod*  
*bonum est, efficias.*

*De Ecclesia, & domo Dei, & altari, & sacrificio sacerdotali: & quòd in*  
*Ecclesia commercia exercere non oporteat. CAP. XIII.*

*Exod. 29.*  
 23.  
 20.



**R**IT altare sanctum sanctorum: & omnis qui tangit altare, **G**  
 sanctificabitur. Primitias frugum terræ tuæ inferes in do-  
 mum Domini Dei tui. Non ascendes per gradus ad altare  
 meum: ne fortè reueles turpitudinem tuam in eo. Pones super  
 mensam meam panem coram me semper.

*Leuit. 6.*  
 16.

Omnis quicumque tanget victimas sacerdotum, sanctifica-  
 bitur. Dixit Dominus ad Moysen: Loquere ad Aaron fra-  
 trem tuum: & non introeat omni hora in sanctum interius velaminis ante pro-  
 pitatorium.

*Esal. 5.*  
 21.

Ego autem in misericordia tua introibo in domum tuam, adorabo ad templum **H**  
 sanctum tuum in timore tuo, &c. In medio Ecclesiæ laudabo te. Qui timetis

25.

Dominum, laudate eum. Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habi-

26.

tationis gloriæ tuæ. Vnam petij à Domino, hanc requiram, &c. Adorate

64.

Dominum in aula sancta eius. Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est

67.

templum tuum, mirabile in æquitate. In Ecclesiis benedicam te Domine, de

83.

fontibus Israël. Quàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum, &c. Al-

92.

taria tua, Domine virtutum, rex meus & Deus meus. Melior est dies vna in a-

99.

triis tuis super millia. Domum tuam decet sanctitudo, Domine, in longitudi-

117.

nem dierum. Introite portas eius in confessione. Exaltent eum in Ecclesia

121.

plebis. Aperite mihi portas iustitiæ: ingressus in eas confitebor Domino. **I**

Latatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Do-  
 minus in templo sancto suo: timeat à facie eius omnis terra.

*Agg. 2.*

Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quàm primæ, dicit Dominus  
 omnipotens.

*Esal. 2.*

Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & doce-  
 bit nos vias suas.

*Hier. 7.*

Domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus.

*Baruc. 3.*

Quàm magna est domus Dei, & inges locus possessionis eius! Magnus, & non  
 habet finem, excelsus & immensus.

*Mat. 16.*

Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ in- **K**  
 feri non præualebunt aduersus eam.

*Mar. 11.*

Ingressus est Iesus in templum, & eiecit omnes vendentes & ementes in tem-  
 plo, & mensas nummulariorum euertit. Et dixit eis: Domus mea, domus oratio-  
 nis vocabitur. Vos autem fecistis illam speluncam latronum.

*1. Cor. 11.*

Nunquid non domos habetis ad manducandum & bibendum? aut Ecclesiam  
 Dei contemnitis? Laudo vos? in hoc non laudo.

*Chryf.*

Pietatis argumentum est, a si duè ad sancta loca commeare, ac crebris intercessionibus  
 Deum placare. Vult enim Deus homines ad templorum portus continenter appellere.

*Quid sit*

*altare.*

Altare cælestis est mensa, terrena accipiens, atque in cælum transmittens: cælestia rur-  
 sum suscipiens, ac terræ subministrans: in terra fixum, ac cælesti throno adiacens. Altare  
 enim angelis quoque ipsis, qui supra cælestem axem volant, formidabile est.

Christus

**A** Christus de latere Ecclesiam condidit, quemadmodum antiquitus Euam de latere pro-  
 creat. Vnde etiam Paulus dicebat, Ex carne eius & ex ossibus eius sumus: latus videli-  
 cet subindicās. Quemadmodum enim tunc Deus costam sumpsit, ac feminam effinxit: sic  
 nobis sanguinem & aquam ex ipsius latere dedit, & Ecclesiam formauit. Et quemadmo-  
 dum tunc costam in sopore accepit, Adamo videlicet dormiente: ita nunc quoque post mor-  
 tem sanguinem & aquam dedit. Nam quod tunc sopor erat, hoc nunc mors est.

*Quod ad-  
 damo som-  
 nus, hoc  
 Christo  
 mors.*

**B** Quemadmodum portus in mari, sic Ecclesias in vrbibus fixit Deus: vt à negotiorum  
 huiusce vita fluctibus huc confugientes, tranquillitate fruamur. Neq; enim huc confugien-  
 tibus fluctuum impetus pertimescendus est, nec praedonum assultus, nec ventorum vis, nec  
 belluarum insidia. Portus enim est ab his omnibus immunis. Portus quippe animarum Ec-  
 clesia est. Omnes enim per hanc feræ compressæ sunt, ac per sacrarum literarum auditionem,  
 tanquam per diuinam quandam incantationem, ex vniuscuiusque aure in animam influen-  
 tem, atque has à ratione auersas affectiones consopientem.

*Templa,  
 animarum  
 sunt por-  
 tus.*

Ab Ecclesia ne abscedas. Nihil Ecclesia valentius. Rupe fortior est, caelo latior. Quem  
 enim nec superiora, nec inferiora capere poterant, venter cepit, nec proinde angustus red-  
 ditus est. Nunquam senex est Ecclesia: sed semper viget. Cur eam Scriptura mons appella-  
 uit? Quia eueri non potest. Cur petra eandem vocat? Quia labi factari & corrumpi nequit.

*Cur Eccle-  
 sia mons  
 ac petra  
 dicatur.*

De Oratione: & quanta ipsius opera perficiantur.

C A P. XV.

**C** GRESSVS Moses à Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad *Exod. 9.*  
 Dominum, & cessauerunt tonitrua & grando.



At Samson inuocato Domino, ait, Domine Deus memē- *Iud. 16.*  
 to mei, & redde mihi nunc fortitudinem priuinā Deus meus,  
 vt vliscar me de hostibus meis, & pro amissione duorum lu-  
 minum vnam vltionem recipiam. Et apprehēdens ambas co-  
 lumnas, quibus innitebatur domus, alteramque earum dextra,  
 alteram læua tenens, ait, Moriatur anima mea cum Philistiim: concussisque forti-  
 ter columnis cecidit domus super omnes principes: multoque plures interfecit  
 moriens, quā viuis occiderat.

**D** Orauit Ezechias rex: & misit Dominus angelum, qui percussit omnem virum *2. Par. 32.*  
 robustum, & bellatorem, & principem exercitus regis Assyriorum.

Locutus est Dominus ad Manassen, & ad populum illius: & attendere nolue- *33.*  
 runt. Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum. Ceperuntq;  
 Manassen, & vinctum catenis & compedibus duxerit in Babylonem. Qui post-  
 quam coangustus est, orauit Dominum Deum suum. Deprecatusque est eum,  
 & obsecrauit intente: & exaudiuit orationem eius.

Memorie proditum est ab Aphricano, quod dum orationem hanc funderet Manasses, *Scholium  
 Damasci.*  
 vincula ferrea confracta fuerunt, atque ipse fuga salutis sue consuluit.

**E** Clamauit Elias in caelum, & dixit: Domine Deus Abraham, Isaac & Iacob, *3. Reg. 18.*  
 exaudi me in igne. Et cecidit ignis à Domino de caelo, & deuorauit holocaustū,  
 & ligna, & lapides, puluerem quoque & aquam quæ erat in aqueductu lambens.

Confurgens diluculo minister viri Dei egressus est, viditque exercitum in cir- *4. Reg. 6.*  
 cuitu ciuitatis, & equos & currus: nunciauitque ei, dicens, Heu, heu, heu, domine  
 mi, quid faciemus? At ille respondit, Noli timere, plures enim nobiscum sunt,  
 quā cum illis. Cūmque orasset Elisæus, ait, Domine, aperi oculos huius, vt vi-  
 deat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum  
 & curruum igneorum in circuitu Elisæi. Porro Elisæus orauit ad Dominum, di-  
 cens, Percute obsecro gentem hanc cæcitate. Percussitque eos Dominus ne vi-  
 derent, iuxta verbum Elisæi.

Et dixit Dominus Esaïæ: Reuertere, & dic Ezechia duci populi mei, Hæc di- *4. Reg. 20.*  
 cit Dominus Deus Dauid patris tui: Audiui orationem tuam, & vidi lachrimam

D. IOANN. DAMASCENI

tuam: & ecce sanauit te. Et addam diebus tuis quindecim annos.

*Isai.* 7. Diluculo confurge ad Dominum omnipotentem orans. Si purus es & verus, audiet orationem tuam. F

*Eph.* 49. 115 Immo tua Deo sacrificium laudis: & redde Altissimo vota tua. Vota mea Domino reddam coram omni populo eius.

*Hiere.* 29. Orate ad me: & ego exaudiam vos. Et querite me in toto corde vestro, & apparebo vobis.

*Baruc.* 3. Domine omnipotens Deus Israel, anima in gemitibus, & spiritus anxius clamans ad te. Audi Domine, miserere, quia Deus misericors es.

*Dan.* 3. In spiritu humilitatis & animo contrito suscipiamur a te Domine, tanquam in holocaustis. G

*Eccli.* Ne pusillo animo sis in oratione tua: nec tardes reddere votum in tempore.

*Mat.* 6. Cum oraueritis, nolite fieri sicut hypocritae tristes. Amant enim in synagogis & in angulis platearum stantes, orare, ut videantur ab hominibus. Amen amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem, cum oras, ingredi in cubiculum tuum, &c. Orantes autem nolite multum loqui, sicut Ethnici. Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Sic ergo vos orabitis: Pater noster qui es in caelis, &c.

7. Petite, & dabitur vobis: querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit, &c.

17. Tunc accesserunt Discipuli ad Iesum secretò, & dixerunt, Quare non potuimus eicere illum? Dixit illis Iesus: Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illuc, & transibit. Et nihil impossibile erit vobis. Hoc autem genus demoniorum non eiicitur, nisi in oratione & ieiunio. H

26. Vigilate & orate: ut non intretis in tentationem.

*Luc.* 18. Dicebat ad illos parabolam, quoniam oportet semper orare, & non deficere. Iudex quidam erat in quadam ciuitate, &c.

21. Vigilate in omni tempore, orantes, ut digni habeamini fugere omnia quae ventura sunt, & stare ante filium hominis.

22. Et dixit illis, Vigilate, ne intretis in tentationem. Et ipse auulsus est ab eis quantum est iactus lapidis. Et positus genibus orauit, dicens, Pater, si vis, transfer calicem istum a me. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Et cum venisset ad Discipulos suos, inuenit eos dormientes praeter tristitia. Et ait illis, Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationem.

*Mat.* 11. Amen dico vobis, qui dixerit huic monti, Tollere, & iacta te in mare, & non haesitauerit in corde suo, fiet ei quod dixerit.

Cum statis orantes, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, ut & pater vester, qui in caelis est, dimittat vobis delicta vestra.

*Act.* 6. Erant hi omnes perseverantes unanimiter in oratione & obsecratione. Et aduocantes duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt, Non est bonum derelinquere nos verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo, viri fratres, ex vobis boni testimonij septem, plenos spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc negotio. Nos autem orationi & ministerio verbi instantes erimus. K

10. Vir quidam orat in Caesarea, nomine Cornelius, centurio cohortis, quae vocabatur Italica, pius & timens Deum, cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas in plebe, & deprecans Deum semper. Is vidit in visu manifeste quasi hora diei nona, angelum Dei introentem ad se, & dicentem sibi: Corneli. At ille intuens eum, timore correptus, dixit: Quis es Domine? Dixit autem illi: Orationes tuae & eleemosynae tuae ascenderunt in memoriam in conspectu Dei, &c.

*Eph.* 6. Per omnem orationem & obsecrationem, orantes omni tempore in spiritu, &c.



**A** tū, & in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me.

Obsecro igitur primū omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt: vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est coram Deo. Volo orare viros in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione, similiter & mulieres, &c.

Tristatur aliquis vestrum? Oret. Æquo animo est? P. fallat. Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei alleuiabit infirmum, &c.

**B** Estote prudentes, & vigilate in orationibus.

1. Pet. 4.

*Ne vt præparari ac sordidi condēnemur, parua videlicet postulādo, ac donāte indigna. Na. 7. Oratio est vox illa, quæ ad diuinas vsque aures ascendit, non clamor qui cum aliqua contentione sit, sed cogitatio ea, quæ à pura conscientia emittitur. A Deo autem seiungitur, qui se ei per orationem minimè copulat. Itaque primum illud ex Scriptura discimus oportet, semper orandum esse, nec vquam desiciendum. Siquidem per orationem hoc consequimur, vt cum Deo simus, quem admodum ex contrario, vt ab eo seungamur.*

**C** Oratio Ionæ ex ceto domum fecit, Ezechiam ex ipsis mortis portis ad vitam reuocauit: Ionæ. 2. tribus adolescentibus flammam in roscidam auram conuertit. Qui orationis tempore non ad ea, quæ anima conducunt, sese extendit, sed hoc vult, vt Deus ad turbidos & vitiosos animi sui motus sese cõponat, nugator verè est & ineptè loquax, ac battologus, & si quid aliud eandem significatione habet. A te mihi vita est: à te quoq; sit mihi vitæ subsidium.

Quoniam per diaboli fraudem à boni iudicio humana natura aberrauit, atque à vitio vita nostra superata est, rectè precamur vt Dei regnum adueniat. Neque enim alia ratione è praua corruptionis dominatione eximi possumus, quàm si viuifica potètia imperium vicissim in nos arripuerit. Quocirca cum ad orandum nos accingimus, hac vi & facultate Deum obsecremus: Eximar, queso, à corruptione: liberer à morte: nõ iam aduersum me regnum obtineant ea vitia, quæ nunc mihi dominantur, nec me hostis per peccatum in captiuitatem trahat. Verùm in me regnum tuum veniat: quò aduersarij tyrannis abscedat.

**D** Non enim lucis presentiam caligo sustinet: non morbus oborta sanitate consistit: nõ vires suas exerunt passionibus tranquillitate presente. Inanis mors est, atq; ex oculis euanescit corruptio, cum in nobis vita regnat, atque incorruptio imperium tenet. Fiat in me voluntas tua, vt diaboli voluntas extinguatur. Vt enim in caliginosis antris illata luce caligo de medio tollitur: ita tua voluntate in me facta, omnis mala ac præpostera voluntatis agitatio in nihilum redigitur. Voluntas enim tua mortalium salus est. Qui precibus petit, vt à malo liberetur, id precatur, vt à tentationibus eximatur.

Cum per orationem aliquid à Deo postulamus, ne statim elanguescamus: sed repulsæ ferendæ assiduitatem petitionis assiduitate superemus. Cum Deus beneficia sua differt, atque in longius protrahit, ne animis frangamur, atque concidamus. Sæpe enim Dominus dilationem huiusmodi ad fidei exercitium producit.

**E** Præclarum est semper cum Deo per orationem consuetudinem habere. Nam si congruus viri boni meliorem eum reddit, qui cum ipso congregitur: quantò magis idem ei venit, qui diu noctūque cum Deo versatur?

Magnum bonum est oratio, si ad eam animi gratitudo accesserit, ac nos ipsos ita erudiamus, vt non modò accipientes, sed etiam repulsam ferentes, gratias Deo agamus. Etenim quandoque dat, quandoque rursus negat: vtrumq; vtiliter. Itaque etiã si non accipias, non accipiendo accepisti: etiamsi quod optaris, non sis consecutus, non consequendo consecutus es. Interdū enim non accipere quod petimus, quàm accipere, satius est. Nam si accipere præstaret, prorsus dedisset. Porro vtiliter non consequi quod petas, consequi est.

Ingens armatura est oratio, ingens ornatus, ingens præsidium. Nam cum homines oramus, & sumptibus & pecuniis opus habemus, & seruili assentatione, ac magno circuitu, & negotiatione. Neq; enim persæpe eos rectè alloqui licet, penes quos est beneficij dandi potestas.

Verum prius eorum famulos ac procuratores & administratores, tum pecuniis, tum ser-  
 uonibus, atque omni officij genere demereri necesse est, ac tum eorum opera, quod petimus,  
 impetrare. At in Deo secus se res habet. Neque enim in iis, qui ab eo aliquid petunt, ut ter-  
 cessoribus & opus est, nec tam per alios, quam per nos ipsos exoratus, ad beneficia data pro-  
 nus ac proclivis est. Atque hic quidem, siue accipiamus, siue repulsam feramus, quæstum  
 facere licet: at in hominibus sepe accidit, ut utrumque nobis detrimentum afferat. Quo-  
 niam igitur iis, qui ad Deum adeunt, & lucrum maius est, & maior facilitas, orationem  
 ne contemnamus. Nam tum denique tibi ea, quæ postulas, proclivius tribuit, cum per te  
 ipsam postulas: si modò non perfunctorie ac negligenter postules: id quod plerique faciunt.  
 Ita enim lingua verba pronunciat, ut interim animus, vel domus, vel fori, vias circum-  
 eat. Hoc autem totum diaboli commentum est. Nam quoniam hoc exploratum habet, nos,  
 quo tempore cum Deo colloquimur, peccatorum veniam impetrare posse, ut nobis orationis  
 portum velut aggesta terra intercludat, tum demum in hoc incumbit, ut mentem nostram  
 ab iis, quæ dicuntur, emoveat: quò maiore detrimento quam commodo affecti recedamus.  
 Hæc igitur cum tibi comperta sint, cum ad Deum accedis, fac tibi in mentem veniat, ad  
 quem accedas: & hoc tibi ad vigilantiam comparandam satis erit.

Hom. 7. Secessit Iesus in partes Tyri & Sidonis, Et ecce mulier, diaboli armatura, quæ me è pa-  
 de diuersi radiis expulit, mater transgressionis, origo peccati, hæc inquam illa mulier venit. Noua  
 res & admiranda! Iudæi fugiunt, & mulier persequitur. Et rogabat eum, dicens, Domine  
 fili David, miserere mei. Evangelista mulier efficitur, nempe & diuinitatem & humani-  
 tatem prædicans. Nam & per hanc vocem, Domine, dominationem cõfiteretur, & per, Fili H  
 David, carnis assumptionem. Miserere mei. Vide philosophicam mulieris animam, di-  
 centis, Miserere mei. Nullum, inquit, præclarum facinus habeo, nullam probæ vitæ fidu-  
 ciam. Ad misericordiam confugio: ubi salus censuræ expers est. Et quidem, heus tu, cum  
 tam improba & flagitiosa esses, qua fronte accedere ausa es? Ac vide mulieris philosophiã.  
 Non rogat Iacobum, non orat Ioannem, non Petrum adit: sed chorum illum peruasit. Non,  
 inquit, mediatore mihi opus est: verum pœnitentiam patronam nacta, ad ipsum fontem ac-  
 cedo. Propterea descendit, propterea carnem assumpsit, ut ego eum alloquar. Sursum Che-  
 rubim ipsum expauescunt: deorsum meretrix eum conuenit. Miserere mei. Simplex verbu:  
 & immensum salutis pelagus. Miserere mei. Ob eam causam accessisti, ob eam causam car-  
 nem induisti: ob eam causam factus es id quod sum. Sic videlicet supra tremor est: infra I  
 fiducia. Miserere mei. Quid habes? Misericordiam quero. Quid perpeteris? Iilia mea malè  
 à demonio vexatur. Natura excruciat. Excessit filia patrona. Non quidem agrotam  
 gestat, sed fidem. Deus quippe omnia cernit. Filia mea malè à demonio vexatur. Grauis lu-  
 ctus. Natura & stimulus maternum utrum transuerberauit, atque atrocem in ipsius visce-  
 ribus tempestatem excitauit. Quid faciam? Pereo. Cur autè non dixit, Miserere filie meæ:  
 sed, Miserere mei? Quoniam, inquit, morbus ipsam stupore afficit, nescit quid patiat, non  
 sentit quo in dolore versetur, ut quæ, tanquam velum quoddam calamitatis, indolentiam  
 habeat, vel potius stuporem. Te verò mei, hoc est quoti dianorum malorum spectatrix, mi-  
 serescat. Calamitatis spectaculum domi habeo. Quò me conferam? In solitudinem? At eam  
 solam relinquere non sustineo. Domumme? At intus bellu inuenio, ac fluctus in portu. Quid-  
 nam autem eam dicam? Mortuam? At motu prædita est. Viuam? At quid patiat, exploratū K  
 non habet. Nomen inuenire nequeo, quod huiusmodi calamitatem exponat. Mei miserere. Si  
 filia mea è vita excessisset, non tantis doloribus cõflictarer. Corpus enim terræ gremio tra-  
 didissem, ac teporis diuurnitate obliuionè contraxissem, molestiamque discussissem. Nunc  
 Calami-  
 tatis mu-  
 licris Cha-  
 nanæ  
 descriptio  
 verò cadaver habeo, quod mihi perpetuū spectaculū præbet, ac vulnera mihi infligit, do-  
 lorèmq; meū subinde exulcerat. Quonam enim modo videre quæ trāsuerfos oculos, distor-  
 tas manus, solutos capillos, spumã ore emissam, intestinū carnificem non conspicuum, conspi-  
 cua autè verbera? Asto malorum alienorū spectatrix, lancinam me ac distorquere natura.  
 Miserere mei. Grauis tēpestas, affectio & timor, affectio nimirū nature, & timor demonis.  
 Ita affecta sum, ut nec accedere, nec me continere quæ. Vrgeret enim me affectio: at propel-  
 lit timor. Miserere mei. Atq; hic animaduertas velim mulieris sapientiam. Non ad diui-  
 natores profecta est: non amuleta quedam filia appendit, non præstigiatrix mulierculas  
 condu-

**A** conduxit, has, inquam, quæ demones exercent, ac morbum exasperant. Verum diaboli officinam reliquit. Miserere mei: filia mea malè à dæmonio vexatur. Quicumque parentes exististis, opem sermone meo afferte: quæcumque item matres exististis. Neque enim huic tempestati, quam mulier perpeffa est, explicandæ par sum. Vides tolerantiam, animi magnitudinem, patientiam? Ille autem non respondit ei Verbum. O rem nouam! Rogat illa, obsecrat, calamitatem suam deplorat, tragediam suam exaggerat, morbum narrat: & Verbum tacet, fons occluditur, medicus pharmaca sua contrahit. Quid sibi vult hæc res noua, atque ab humanis sensibus aliena? Ad alios accurris: & accurrentem submoues? At medici sapientiam considera. Ille autem non respondit ei Verbum. Quid igitur, postquam ea responsum non impetrauit? Accedentes discipuli eius dicunt ei, Dimitte eam: quia clamat post nos. Tu externum clamorem vides, ego internum. Magna vox oris: maior animi. Dimitte eam: quia clamat post nos. Alius Euangelista dicit, Ante nos, Pugnans quidem hæc vox audita: sed tamen à falso aliena sunt. Vtrumque enim faciebat. Ante hoc enim à tergo clamabat: postquam autem nihil ei responsi Christus dedit, à fronte venit, non secus ac canis Domini pedes lambens. Dimitte eam. Theatrum in orbem excitauit: plebem coaceruauit. Dimitte eam: quia clamat post nos. Quid igitur ipse? Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt, domus Israël. Cùm respondit, vulneris ipsius acerbitatè auxit, Quid ergo? Hoccinomine homo factus es, carnem sumpsisti, tot res administrasti, ut non duntaxat angulo salutem afferres? Proscripti videlicet atque interdicti Chananæi erant, ob impietatem execrandi, scelerati, nefarii, impuri. Ne eos quidem audire sustinebant Iudæi, qui sub Lege censcebantur, eamque implebant. Mulier porrò hæc Chananæa erat, ac de regione hac interdicta, in qua & furor, & rabies, & impietas grassabatur, & diaboli tyrannis, & demonum intemperies, & natura proculcata, atque in brutorum amantiam ac dæmonum nequitia deuoluta. Verabatq; proinde Lex, ne quid Iudæus cum Chananæis commercij haberet, ne quid illis daret, vicissimque ab eis acciperet, ne matrimonia cū illis iniret, ne demique quicquam cū illis trāsigeret atque cōtraheret. Ob eamque causam sepe interiecit. Quocirca ne dicerent Iudæi: Quia nobis relictis foras absecessisti, idcirco tibi non credi dimus. Ecce, inquit, ex Gentibus veniunt, & eos repudio: vos autè fugientes voco. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Nec tamen acceditis. Hanc autem submoueo: & tamen remanet. Palam apparui his, qui me non quærebant. Dimitte eam: quia clamat post nos. Videamus itaque quid ad hæc dicat. Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt, domus Israël. Considerate clementiam Domini. Non dixit, Recede à me: sed, Non sum ad vos missus. Non veni propter te, sed propter Iudæos, oves perditas domus Israël. His auditis venit illa, & adorauit, dicens: Domine, adiuua me. Qui respondit, Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus, vobis videlicet Chananæis. Quid igitur mulier? Etiam Domine. O insignem mulieris violentiam, ô singularem animæ philosophiam! Medicus dicit, Non: & ipsa dicit, Etiam: non quòd procax & impudens esset, verum quia salutem expectaret. Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Quid igitur? Etiam Domine. Canem me vocas: ego te Dominum appello. Tu me contumelia afficis: ego te laudo. Etiam Domine: nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. O eximiam mulieris sapientiam! Canem me vocas? Vt canem me ale. Probrum hoc non recuso. Fac igitur canis alimoniam accipiam. Canem me vocasti: micam mihi tribue. Ad petendum mihi patrociniatus es: fac in largiendo consensum ostendas. Etiam Domine: nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Quid igitur is, qui recusabat, qui eam abigebat, qui dicebat, Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus: qui dicebat, Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt, domus Israël? Quid inquit? O mulier. Quid hoc est? Laudator effectus es? prædicas mulierem? An non eam probris incessebas? An non propulsabas? Hac de causa, inquit, propellebã. Nam si statim eam missam fecissem, ipsius fidem minime perspectã habuisses. Si confestim accepisset, pedem retulisset, atque ipsius thesaurum minime cognuisses. Idcirco dare distuli, ut ipsius fidem declararem. O mulier. Deus dicit, O mulier. Audiãt qui fastidiosè precantur. Cùm dixero, Rogate Deum, ora eum, supplicat ei: respondet, Semel & iterum, ac tertio, atque adeo decies eum rogauit, nec accepi. Ne abstas, priusquam

acceperis. Tum denique abssiste, cum acceperis. Imò verò ne tunc quidem, sed tum etiam **P** persiste. Sive non accipias, pete sive accipias, gratias age, quia accepisti. Permulti in Ecclesiã ingrediuntur, atque innumeros precationis versiculos euoluunt: atque ita excedunt. Num Verborum prolixitate Deus opus habet? Precationem tuam dumtaxat requirit. Genua flexisti? At mens tua extrã prouolauit. Corpus tuum intus erat: animus foris. Corpus tuum loquebatur: & animus tuus scœnora, contractus, commercia, prædia, pecunias numerabat. Diabolus enim, ut qui malignus sit, ac nos orationis tempore plurima perficere norit, tunc nobis imminet. Sepe supini iacemus, & nihil cogitamus, tranquillãque mente consistimus. Statim autem atque oraturi venimus, sexcenta cogitationes animis nostris obuersantur, ut nos omni fructu vacuos expellant. Qua re cognita Chananæam in orationibus agnosce. At filiã demonis intèperis vexatã nõ habes? Quid dixit Chananæa? Miserere mei: filia mea **G** malè à demonio vexatur. Dic tu quoque: Anima mea malè à demonio vexatur. Magnus enim demò peccatũ est. Qui à demone obsidetur, miserationi est: qui peccat, odio. Ille veniã obtinet: hic excusatione caret. Miserere mei. Exiguum verbũ: at benignitatis pelagus. Vbi enim misericordia, illic omnia bona. Etiam si extra templum fueris, clama, & dic, Miserere mei: non labra mouens, sed mente clamans. Nam & tacentes audit Deus. Non queritur locus: mores sufficiunt. Hieremias in cœno erat: & Deum illexit. Daniel in lacu leonum: & Deum placauit. Tres pueri in fornace erant: & Deum flexerunt. Latro in crucem actus fuerat: nec tamen crux ipsi impedimento fuit, verum paradysum patefecit. Iob in sterquilinio erat: & Deum facilem sibi ac propitium reddidit. Vbiunque fueris, ora. Etiam si iudici sistaris, ora. Cum iudex aduersum te ira inflammatur, ora. A fronte mare erat: Aegyptij à tergo insequeretur: intermedius erat Moyses. Atque in illis angustiis copiosas preces adhibebat. Et quidem nullum verbum emittebat: & tamen Deus ipsi dicebat, Quid clamas ad me? Eodem igitur modo tu quoque, etiam si ad furentis & crudelis iudicis tribunal sistaris, imò & inter ipsos carnifices verferis, Deum ora. Te enim orante fluctus comprimentur. Index in te impetum facit? tu ad Deum fuge. Præfectus tibi imminet? tu Dominum roga. Num enim homo est? Semper in propinquo est, ubique est, omnia implet. Si hominem rogare in animo habes, ac quid rerum agat scire gestis, minister non respondet. At in Deo nihil tale est. Quocumque enim abieris, ac eum appelles, audit. Non ianitor, non procurator, non sequester, non famulus. Nihil horum. Dic, Miserere mei: & Deus præsto est. Adhuc loquente te, dicet, Ecce adsum. O vocem mansuetudinis plenam! Non expectat dum orationem absoluers. Nondũ orationem expleuisti, & munus accipis. Miserere mei. **I** Hanc Chananæam imitemur. Miserere mei: filia mea malè à demonio torquetur. Et quid audiuit? O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. In summa animi anxietate fuisti: contumeliis à me affecta es. Abegi te, & non recessisti, sed permansisti. Verè, ò mulier, magna est fides tua. Mortem obiit mulier illa: & ipsius encomium manet, diademate quouis illustrius, ac quaquauersum Sol terram inspicit, propagatur. Audis Christum dicentem, O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et exiit demonium, & sanata est filia ipsius. Quando? Ex illa hora. Non ex ea hora, qua mater accessit, sed ex ea, qua à Domino saluatore nostro audiuit, O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Ac deinceps domum se retulit, expectans fore, ut filiam adhuc à demone obsessam offenderet: & sanam atque incolumem inuenit, voluntatis nimirum suæ opera, iuxta Domini iussum, valetudini restitutam.

**C**yrillus. Semper orare opus est, hoc est & ante certamina, & in ipsis certaminibus: atque opem & auxilium cœlitus exposcere.

**E**usebius. Pro publica salute prius, atque ita deinde pro se quemque orare oportet.

**N**ilus. Imperauit Dominus, ut eum in die tribulationis inuoces. Quare cunctari atque ignauia torpere non debemus, sed, cum semper aliàs, tum præsertim afflictionis tempore Dei opem implorare: quò perspicuum hostibus faciamus, nos aduersarum rerum acerbitatibus minime absorptos esse, sed fidenti animo sursum ad Deum coniectos oculos habere.

Cum sæpenumerò preces ad Deum adhibueris, ac repulsam tuleris, ne propterea debiliteris animo, ac desperatione frangaris. Quin potius supplices ad Deum libellos instaura, ac rursus ad eum impudenter accede. Siquidem in summis rerum difficultatibus impudentia pu-

**A** tia pudori anteponitur. Etenim propter ipsius impudentiam & importunitatem dabitur ei, quicquid vult, quemadmodum Dominus dixit. In sum-  
mis re-  
difficul-  
tibus  
impuden-  
tia pudo-  
ri prestat.  
psal. 87.

Quemadmodum respirare nunquam intempestiuum est: sic nec mystica munera à Deo postulare vsque ad extremum vitæ spiritum.

Die, inquit, clamaui, & nocte coram te, Domine Deus meus. Vide sive quemadmodum diuinus ille vir David ob hæc causam nobis in exemplum proponitur, ut sine ulla intermissione oremus, nec in languorem ac tædium deuoluamur? Si ex probi viri congressu atque colloquio sæpe utilitatem cepimus, quantum tandem quæstum faciemus, noctu & interdum per orationem ac psalmodiam cum Deo colloquentes?

**B** Non vulgare, sed permagnum bonum est, per obsecrationem sese Deo semper commendare.

Non paruum est infimis hominibus virtutum scala vel vnum duntaxat gradum ascendisse, atque ita supra terram sese sustulisse.

Cum luctu & lachrimis ad summum illum ac cælestem medicum Iesum accedere ne dubites, omniaque ipsi animæ tuæ vulnera detegere. Neque enim morbus ullus esse queat, quem humanissimus ille Christus non depellat.

Animi vermes per orationem & ieiunium & intentam vigiliam de medio tollere festina.

Scias velim me quosdam ad sanctæternitatem vsque prouectos nosse, qui per orationem ac spem maximum robur diuinitus consecuti sint.

**C** Nihil omnino Deo reluctari potest, non tempus, non locus, non res, non fremens diabolus, non oppugnantes demones, non animi vel corporis infirmitas, non rationis priuatio, non lex membrorum carnis & sanguinis, aduersum quæ gloriari solet Satanas & draco, qui vires in lumbis, & robur suum abominatione plenum in umbilico situm habet, non vitiosissimus multiplicium affectionum habitus, non diuturna atque inueterata consuetudo. Job. 46.

Non colligenda ac fouenda sunt diabolo grata cogitationes, sed verbi diuini gladio interimenda, ac de medio tollenda.

Anima mea, inquit, sicut passer, erepta est de laqueo venantium, hoc est demonum. Ut enim passer per alarum agitationem supra terram se efferunt: sic etiam pius homo per orationes à terrenis ad cælestia sese transfert. psal. 123.

**D** Animi potius instituto, ac probis actionibus per totum vitæ curriculum sese porrigentibus, quam syllabarum pronuntiatione, virtus orationis expletur. Sive enim comeditis, inquit, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia ad gloriam Dei facite. Cum in mensa sedes, ora. Cum panem sumis, gratias ei, qui dedit, age. Cum vino corporis imbecillitatem fulcis, fac illius memineris, qui donum istud ad cordis oblectationem ac morborum consolationem tibi largitus est. Ciborum necessitas transit? At de te bene meriti memoria non transcat. Cum tunicam induis, donatori gratias age. Cum veste te obuoluis, fac tuus erga Deum amor crescat, qui nobis & æstati & hyemi accommodata indumenta præbuit, quibus tum vita nostra conseruatur, tum obscenitas nostra obtegitur. Dies plene illuxit? Gratiam ei habe, qui nobis & Solem ad diurnorum operum ministerium concessit, & ignem tum ad illustrandam noctem, tum ad reliqua vitæ ministeria explenda concessit. Nox rursus alias precatiois materias suppeditet. Cum in cælum oculos attollis, ac siderum pulchritudinem conspicias, ora dominum eorum quæ cernis, atque omnium rerum præstantissimum artificem Deum, qui omnia sapienter fecit, adora.

Cum boni cuiuspiam causa Deum rogas, nec ille statim te exaudit, ne propterea ignaue te geras, ac pusillo & abiecto animo sis. Sæpe enim quod postulas, in præsens tibi non con-  
ducit. Nili.

Omnis, inquit, qui petit, accipit. Ita demum autem accipit, si ea petat, quæ animæ salutem conducant. Luc. 11.

In oratione nec opes & copias, nec prosperam valetudinem, nec hostium ultionem petas: sed ea duntaxat, quæ ad animæ salutem adiumentum afferunt. Quid petendum in oratione.

Cum malè ac noxiè aliquid petis, non secus atque homo febre laborans obnixè rogat, ut sibi vinum porrigatur, tum Deus, qui futura prospicit, cupiditati tuæ morem non gerit, nec, quod stultè & inconsiderate petis, largitur. ne.

*Euseb.* Proditoris Iudæ recordemur: nec ex Ecclesia pedem efferamus. Illi enim exitium hinc  
*Iudæ imi* virtum traxit, quod in oratione non perstiterit. Nam cum panem primum omnium acce-  
*rat.* *qui* pisset, pedē extulit: ac statim Satana in se ingresso, ad proditionem properauit. Quocirca  
*ante Mis-* si quis, antequam abeundi potestas fiat, exierit, eandem cum Iudæ pœnas pendet. Ne igitur  
*se finem* committamus, ut ob unam horam cum Iudæ condemnemur. Nihil nobis molestiæ perman-  
*ex Eccle-* sia excē- sio allatura est. Non tempestates intus habet, non ignem, non alia supplicia.

*dunt.* Cum Dominus in Euangeliis homini dicat, Omni pœtenti te da elemosynam, quanto  
*Nili.* magis Dominus ipse cui libet oranti amplissimas misericordias, & peccatorum veniam, ac  
 moestiarum depulsionem daturus est?

Christus omnium ex ac Deus eos, qui ex ope sua pendunt, atque intimo pectore inge-  
 miscunt, quamlibet multis peccatorum sarcinis onusti sint, minime tamen auersatur: ve-  
 rum & ad gratiam admittit, & virtutum opifices progressu temporis eos reddit.

## De elemosyna, &amp; beneficentia erga pauperes.

## CAP. XVI.

*Deut. 15.*

ON deerit pauper in terra. Propterea ego præcipio tibi, ut  
 aperias manus tuas fratri tuo pauperi & indigenti.

Non auertes manum tuam à fratre tuo. Ego tibi præcipio  
 amare aduenam, dare ei panem & vestimentum.

*Iob. 31.*

Ianua mea omnibus venientibus aperta erat. Si negaui quod  
 volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Si co-

medi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. **H**

Si despexi nudum pereuntem, & absque operimento pauperem. Si non benedi-  
 xerunt me imbecilles, & de velleribus ouium mearum calefacti sunt humeri eo-  
 rum. Oculum eram cæco, & pes claudo, & pater pauperum.

*29.**Pf. III. 4.*

Iustus miseretur, & commodat. Beatus qui intelligit super egenum & pau-  
 perem, &c. Iocundus homo, qui miseretur, & commodat. Dispersit, dedit  
 pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi.

*Pro. 3.*

Elemosynæ & fides non te deserant: appende eas collo tuo, & inuenies gra-  
 tiam. Ne desinas benefacere indigenti, quando poterit manus tua auxiliari ei.  
 Ne dicas, Abi & reuertere, & cras dabo tibi, cum statim possis benefacere. Neque  
 enim scis quid paritura sit superuentura dies. Benedictio in caput eius, qui bo-  
 na sua cum aliis communicat. Animæ suæ bene facit homo misericors. Re-  
 demptio animæ viri, diuitiæ suæ. Iusti miserantur, & misericordia afficiuntur:  
 qui pauperis miseretur, beatus censendus est. Misericordia & fide redimuntur  
 peccata. Qui misericordia afficitur, misericordiam consequetur. Qui misere-  
 tur pauperis, foeneratur Deo: ac iuxta donum suum retribuetur ei. Quicumque  
 dant pauperibus, penuria non opprimuntur. Via iustitiæ & misericordiæ in-  
 ueniet vitam & gloriam. Virum hilarem & liberalem amat Dominus.

*11.**13.**16.**19.**Eccl. 9.*

Quodcumque inuenierit manus tua ad faciendum, pro viribus fac. Inueni  
 quod non esset bonum in ipsis, nisi lætari, & facere bonum in vita sua.

*osec. 6.*

Iudicium meum sicut flamma egredietur. Quoniam misericordiam volo, &  
 non sacrificium.

*Esa. 58.*

Frangere esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. Si  
 videris nudum, operi eum. Si dederis esurienti panem tuum ex anima tua, & a-  
 nimam humiliatam impleueris, tunc orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ  
 erunt sicut meridies. Et erit Deus tecum semper.

*Dan. 4.*

Rex, cōsiliū meum tibi placeat: Elemosynis peccata tua redime, & iniqui-  
 tates tuas in miserationibus pauperum.

*Sap. 10.*

Quavis re fortior est pietas.

*Eccl. 3.*

Ignem ardentem extinguunt aqua: & elemosyna reficit peccatis. Fili, ani-  
 mam pauperis ne defraudes, & ne transternas oculos tuos à paupere. Animam  
 esurientem ne despexeris: & ne protrahas datum angustiato. Ne auertas faciem  
 tuam

*4.*

**A** tuam à paupere, nec auertas oculos tuos ab indigente. Inclina aurem tuam pauperi: & responde ei pacificè in lenitate. Eleemosynam facere ne negligas.

Pauperi extende manum tuam, vt compleatur benedictio tua. Benefac pio, & inuenies retributionem: si non ab eo, saltem ab Altissimo. Si benefeceris, scito cui feceris: & erit gratia in bonis tuis. Misericordia viri, tanquam sigillum cum eo. Qui facit misericordiam, foeneratur proximo suo: & qui praualet manu, seruat mandata. Super humili sis longanimis: & ad eleemosynam ne protrahas eum. Conclude eleemosynam in promptuariis tuis: & ipse te eripiet ex omni afflictione, & aduersus hostem pugnabit pro te. Misericordia in aeternum manet. Fratres in adiutorium in die tribulationis: & super traque misericordia

**B** liberabit.

Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab ipsis. Alioqui, mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in coelis est. Cum igitur facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in angulis platearum, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum facis eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito. Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi in aperto. Euntes discite quid est Misericordiam volo, & non sacrificium.

**C** Qui dederit potum vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ; tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

Respondens Ioannes dixit eis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet cibos, similiter faciat. Dicit eis Iesus: Nunc vos Pharisei mudatis id quod de foris est calicis & paropsidis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & nequitia. Stulti, nonne qui fecit quod de foris est, etiam id quod deintus est, fecit? Veruntamè quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in coelis, quod fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum est. Dicebat ei qui se inuitauerat: Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare

**D** amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos diuites: ne fortè & ipsi te reuident, & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium, voca pauperes debiles, claudos & cæcos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in retributione iustorum.

Ipsi scitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & iis qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Iesu, quia ipse dixit, Beatius est dare, quàm accipere.

Qui tribuit, in simplicitate: qui præest, in sollicitudine: qui miseretur, in hilaritate.

**E** Qui parcè seminât, parcè & metet: & qui seminât in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus.

Omniem sufficiētiam habentes, abundatis in omne opus bonum: sicut scriptum est, Disperfit, dedit pauperibus, &c.

Tantummodo vt pauperum memores essemus: quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere.

Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum, bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, cõmunicare, thesaurizare sibi ipsis bonum fundamentum in futurum.

Fratres, ne deficiatis benefacientes.

*Heb. 13.* Beneficentiæ & communicationis nolite obliuisci. Talibus enim hostiis pro-  
meretur Deus.

*Iac. 2.* Superexaltat misericordia iudicium.

*Ex doct. Petr.* Dives est ille, qui multis misericordiam tribuit, & qui ad Dei imitationem ea, quæ ha-  
bet, impertit. Deus enim res à se conditas omnino nobis tribuit. Quocirca hoc scitote, qui di-  
uitiis polletis, vos ministrare debere: cum plura, quam vobis opus sint, acceperitis. Intelli-  
gite deesse ea aliis, quæ vobis supersunt. Erubescite qui aliena retinetis, atque æquitatem  
Dei vobis imitandam proponite: & nemo pauper erit.

*Basil. su-  
per illud  
Euange.  
Destrua  
horrea  
mea.* Imitare terram, o homo: fac fruges feras, ut illa. Ne te deteriore[m] ea prabeas, quæ ani-  
mæ expers est. Illa enim fructus non ad usum suum, sed ad ministerium tuum aluit: tu ve-  
*G* rò, quem beneficentiæ fructum edideris, eum tibi ipsi cumulas. Quandoquidem bonorum o-  
perum gratiæ ad donantes redeunt. Dediisti fame laboranti? Munus tuum efficitur, ad te  
videlicet cum fœnore rediens. Ut enim frumentum in terram lapsum ei, à quo proiectum  
Beneficio est, emolumentum affert: eodem modo panis in esurientem deiectus, vberem in posterum  
utilitatem profert. Ac proinde da operam, ut agriculturæ finis per egentium communica-  
tionem sit tibi cœlestis sementis initium. Seminate enim vobis, inquit ille, ad iustitiam. Quid  
igitur mœsto animo? Quid te ipsum tundis, dum opes tuas luto & lateribus includere  
*Osee. 10.* studes? Melius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ. Quòd si pecunias ob earum pretium  
admiraris, vide quanto ad gloriam illustrius vilis, que sit sexcentorum filiorum patrem  
*Pro. 22.* appellari, quam sexcentos stateres in crumena habere? Pecunias enim, inuitus etiam, hic *H*  
patre ap- relicturus es: at laudem ex bonis operibus collectam ad Dominum deferes: cum nimirum  
pellari præ ingenti turba coram communi Iudice circumfusus, ab eis & nutritor, & benefactor, &  
stat, quam quocumque tandem alio humanitatis nomine appellaberis. Deus virtutem tuam comproba-  
diuitijs af- bit, angeli laudibus effert: homines omnes, qui post orbem conditum extiterunt, beatum  
fluere. te prædicabunt: gloria sempiterna, corona iustitiæ, cœlorum regnum præmia tibi futu-  
ra sunt.

*Ibid. simile.* Putei, cum exhauriuntur, vberius fluunt: cum autem deseruntur, putrescunt. Eodem  
modo stabiles quoque diuitiæ inutiles sunt: quæ autem mouentur, atque aliò migrant, in cõ-  
mune viles sunt ac frugifera. Gratias Deo age, quòd tu aliorum fores non pulsas, sed ad  
tuas alij se conferunt.

Pauperi dives fœnera. Deo crede, qui beneficia ea, quæ in oppressum conferuntur, tan-  
quàm in seipsum collata accipit, atque ipse gratiam rependit. Locuples est sponsor, ut qui v-  
bique terrarum ac maris expansos thesauros habeat.

*Hom. ad  
diuites.  
Psal. lxx.  
Disimile* Diuitiæ, quo pacto Dominus præcipit, dispersæ, permanere solent: retentæ autem atque  
coercitæ alienantur. Si eas custodias, non habes: si spargas, non amittes. Dispersit, dedit  
pauperibus iustitia eius manet in seculum seculi.

In mercatu nemo molestia afficitur, dum præsentis facultates projicit, atque earum lo-  
co ea sibi comparat, quibus opus habet: Verùm quò minori pretio ea, quæ permagni estimat,  
emerit, eò maiore voluptate afficitur: tanquam videlicet præclarum ipsi commercium ex-  
titerit. Tu verò molestiam concipis, cum aurum & argentum, hoc est pulverem, præbes, ut *K*  
beatam vitam acquiras.

Anteuerte ipse, ac funus tuum luculento munere, hoc est pietate, orna. Sic abscede, ut  
omnia tecum efferas. Opes tuas proprium ornamentum effice. Eas tecum habe. Bono consilia-  
*2. Co. 8.* rio, hoc Christo, fidem accommoda: qui dilexit te, & nostra causa egenus factus est, ut ip-  
sius egestate ditescamus.

Cum propter Dominum pauperi largiri paras, hoc simul & donum est, & fœnus: do-  
num nimirum, quia recipiendi nulla spes ostenditur: fœnus autem, ob eius, qui ipsius nomi-  
ne persoluit, munificentiam. Qui cum per pauperem exigua acceperit, ingentia pro eo re-  
*Pro. 19.* pendit. Qui enim miseretur pauperis, inquit ille, Deo fœneratur.

Qui tibi opes dedit, per pauperum manus eleemosynam à te petit. Quòd si, quæ sua sunt,  
acceperit, integram gratiam, perinde ac si beneficio à te affectus fuisset, persoluit.

Qui dives est, nondum protinus ob diuitias beatus existimandus est, nec item ob digni-  
tatis



**A** tatis amplitudinem is qui potentia floret. Hæc enim reliqua virtutis instrumenta sunt ijs, qui bene videntur, non autem ipsa per se felicitatem habent. Itaque qui his male vritur, miser est, non secus ac ille, qui gladio, quem ad propulsandos hostes accepit, seipsum sponte cõuulnerat. At si rectè, atque v rationi consentaneum est, opes administrat, & ea, quæ Dei sunt, dispensat, is nimirum propter charitatem, & morum liberalitatem, laudem & beneuolentiam meretur.

Da operam, ò homo, vt sis tanquam oliua fructifera in domo Dei. Id autem cõsequeris, Psal. 51. si nunquam spe denuderis, sed salutem, quæ fide comparatur, semper circa te virentem habeas. Sic nempe & perpetuum foliorum oliuæ virore imitaberis: & feracitatem item æmulaberis, vberem elemosynam omni tempore præbens.

**B** Sacra doctrina, mea quidem sententiâ, non tam materia data quantitate, vt que exter- Greg. na sit, quam offerentium mentium voluntate atque instituto liberalitatem ac munificen- Thaum. tiam ponderauit.

Nulla omninò re, perinde vt misericordia, Deus conciliatur: quandoquidem nec aliud Nat. O- quicquam Deo magis proprium est: quippe quem misericordia & Veritas præcedant, & rat. de cui misericordia ante iudicium offerri debet. Neque enim vlli alij rei, æquè atque miseri- paup. a- cordiæ, misericordia ab eo rependitur, qui iuste atque in pondere & mensura miseri- psal. 88. diam remetitur. psal. 100.

Gratitudinis ergò Deo aliquid da, quia tu ex eorum numero exitisti, qui bene de alijs mereri possunt, non qui aliorum beneficis opus habent: quia non in alienas manus intueris, sed in tuas alij. Sis non opibus tantum & copiis, sed etiam pietate diues: non tantum auro, sed etiam virtute. Sis proximo tuo hoc nomine præstantior, quòd maiorem benignitatem præ te feras. Sis calamitoso Deus, Dei misericordiam imitando. Nihil enim tam diuinum Nil tam diuinum habet homo, quàm bene de alijs merendi facultatem. habet ho- mo, quàm quòd de alijs bene- mereri po- test.

An tu beneficentiam arbitrij tui ac voluntatis esse putas, non necessitatis? Quàm in se quoque vellem ita esset: atque etiam existimarem. Sed mihi metum sinistra illa manus incutit, & hirci, & probra ea, quæ à iudice in eos cõijciuntur, non quòd rapuerint, aut sacri- legij vel adulterij crimine se deuinxerint, aut aliud quicquam, quòd prohibitum sit, per- petrarint, eo ordine mulctantur, sed quia Christum per pauperes minimè coluerunt. Mar. 25.

Neminem vnquam Deo aliquid prius erogasse pœnituit. Prolixus est enim ad gratiam referendam.

**D** Sit beneficentia nostra ex eo quòd nobis opus est, ac nõ ex eo quòd redundat. Quæ quidem oblatione Deus magis delectatur, quàm munerum copia, & largitionis magnitudine.

Mutua erga nos humanitatem Deus à nobis exposcit, etiamsi ab eo supplicij afficiamur.

Hoc verò longè pulcherrimum atque humanissimum est, quòd Deus non muneris pretio ac dignitate, sed donantis animo largitionem meretur.

Ne benignitati tuæ moras producas, sed iam benignus efficere: nec quia satis dignum munus afferre nequis, idcirco omnes officij partes prætermitte. Verum ita te gere, vt aliud nunc offeras, ad aliud rursus te pares.

**E** Ex iis, quæ Deo offeruntur, nihil vsque adeo paruum est, ipsiusque dignitate infe- rius, quin id omninò admittat atque comprobet: etiamsi iusto iudicio misericordiam ponderare sciat.

Liiori, & atra deme quid rubigini.

Ac debitorem præfer omnibus Deum,

Frusto rependit sceptræ qui cœlestia.

Alis, tegisque, pauperes pascens, Deum.

Pœnæ nihil si vindici debes Deo,

Nec debitori lenis ipse sis tuo.

Debere sin te non negas, ignoscito.

Veniam rependit nam Deus clementiæ.

Deum æmularis, proximos iuuans tuos.

Quid prædonibus ac furibus thesaurizare attinet, temporumque mutationibus, aliis

M

In Tetrastr

ad alios sese conuertentium, & fluxas & instabiles opes iactantium: ac non potius eas F  
in tuta horrea, atque firmiora, quam ut illas insidias metuant, recondere?

Nili.

Gravis quadam res aurum est: leuis autem, ac sursum tendens, virtus. Grauitas porro ac leuitas inter se pugnant. Quocirca si ad superna conscendendum est, demus operam, ut iis rebus, quae nos humi detorquent, vacui simus. Sic enim fiet, ut ad supera erigamur. Neque enim fieri potest, ut quisquam leuis efficiatur, qui se rerum materia constantium grauitati affixerit. Quoniam porro modo id consequi possimus, his verbis Psalmista docet: Di-

Psal. 111.

speris, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Itaque qui pauperi facultates suas impertit, ad eius partes se adiungit, qui nostra causa in paupertate versatus est.

Chryf.

Luc. 21.

Nullum ad eleemosynam impedimentum affert paupertas. Testis est Vidua, quae duo mi- G  
nuta iecit, & eos, qui multa obrulerant, superauit.

Iudex no-

ster per

pauperes

corrumpi-

tur.

Qui pau-

perem a-

lit, seipsum

alit.

Cacus, cui misericordia impertitur, ad caelorum regnum dux est: & qui ad parietes of-  
fendit, atque in foueas fallente gressu labitur, ad caelorum ascensum itineris ducem se praebet. Iudex noster per pauperes corrumpitur. Fac igitur per pauperis manum iudicis posticum pulses. Etenim ille munera tua per eum accipit, ac leges adulterat. Accipit, inquam, atque ex iusto benignus efficitur. Accipit, inquam, & Veritati misericordiam anteponeat: ac cum peccatorum lince pauperum manum contra perpendit.

Cum pauperem alius sic existima, te ipsum alii. Ea enim est huiusce rei natura, ut quae  
damus, a nobis ad nos redeant. Siquidem humanus ac facilis noster Dominus imbecillitatem animi nostri perspectam habens, ad immensam magnitudinem hanc rem attollit, ac H  
seipsum eleemosynae debitorem vocat.

O singularem eleemosynae vim! Sola ad diuinum tribunal irrepit. Ne iudicem timeamus, ante iudicium manus protendentem. Ne iudicem metuamus, qui se accepisse minime inficiatur.

Mar. 12.

Et sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iaciebant aes. Præterito altari ad gazophylacium accurrit. Præteritis sacrificantibus ad beneficentiae spectaculum accedit: reipsa videlicet istud indicans, Deum hoc solo spectaculo delectari: istud indicans, diuinum oculum hac sola ratione ad fictoris sui similitudinem accedere posse: istud indicans, unum hoc esse, quod hominem Deo copulet: denique istud indicans, id solum esse, quod lutum figulo propius iungat. Estote enim, inquit, misericordes, sicut & Pater I  
Vester caelestis misericors est. Vna quippe est beneficentia, quae aditum ad diuinam cognitionem nobis muniat.

Luc. 6.

O benignam animam! o mentem ad misericordiam propensam! Animi commiserationem paupertas non excidit. Munificam voluntatem egestas non repressit. Animi liberalitatem penuria non restrinxit.

Cyrilli.

Eleemosy-

nae utili-

tas.

Eleemosyna peccata expurgat, iudicium superexaltat, supplicij flammam mitigat, iudicem flectit, vel, ut rectius loquar, cum Deo copulat, in sanctorum chorum ac numerum ascribit, in supernam ciuitatem attollit, caelorum regnum conciliat, gloriam immarcescibilem, spem firmam ac stabilem, & quid non denique eorum, quae ad constantem animi hilaritatem momenti aliquid habent?

Nunquam

pauper e-

rit qui e-

leemosy-

nae studet.

Pro. 19.

Nihil

Exod. 23.

Qui paupertate atque inopia laborantibus opes suas impertit, nunquam pauper erit. Qui K  
enim miseretur pauperis, inquit ille, sceneratur Deo. Soluendo est hic debitor: fidus hic, qui accipit. Scit quod datum est, cum fenore dissoluere. Diues ac liberalis est, qui hominis ad misericordiam propensi depositum accepit.

Ne bonus fieri differas: sed iam efficere. Non apparebis, inquit, in conspectu meo vacuus.

Nullus ergo vacuus sit, ac fructus expers. Nulla anima sterilis sit ac prole carens. Vnus-

quisque ex his, quae in promptu habet, Deo offerat.

Psal. 24.

Splendorem caelestem expetamus: in sinu Abrahae pro misericordia hic exhibita requiescamus: iustum iudicium iudicemus. Eripiamus pauperem & egenum: viduae & pupilli nos misereat. Redimamus eos qui morte afficiuntur. Ne eos, qui nostra ope indigent, negligamus. Ne praetereamus eum, qui vlcerebus scatet. Ne deliciis indulgeamus, aliis in arumma & calamitate versantibus. Ne conferuum nostrum execremur. Ne, inquam, o amici  
ac fra-

**A** ac fratres me ad diuitis partibus stemus, atque in flama ex cruciemur, vastoque hiatu à sanctis dirimamur, ac pauperem Lazarum exorandum habeamus. Ut ardentem linguam nostram extremo digito refrigeret. Benignos faciles, misericordes nos prebeamus. Domini benignitatem imitemur, qui oriri facit Solem suum super bonos & malos, omnesque pluvia sua equè alit. Cœlestem requiem quæramus: opus huiusce vitæ atque copias abijciamus: hoc tantum commodi, quod ipsis inest, percipiamus, animas nostras in miseratione acquiramus, bona nostra pauperibus impertiamur, ut cœlestibus opibus affluamus. Animæ quoque partem da, non carni duntaxat: Deo quoque partem da, non mundo soli: ventri quiddam subtrahere, & spiritui consecra: ex igne quiddam eripe, ac procul à depascete flamma recede: à tyranno extorque, ac domino cõmitte. Da partem septem, hoc est huius vitæ, atque adeo Eccl. 11.

**B** octo, id est ei, quæ nos postea exceptura est. Ei, cuius beneficio plura habes, aliquid dato: imò etiã ei, qui omnia elargitus est, vniuersas opes dato. Nunquam Dei liberalitatem & munificentiam vinces, quamvis omnium tuarum facultatum iacturam feceris, quamvis te etiam facultatibus adiuueris. Nã hoc quoque ipsum accipere est, Deo aliquid donare. Quamuis erogarîs, pluratamen tibi reliqua erunt, nec quicquam quod ad te propriè pertineat, daturus es: quandoquidem omnia à Deo manant. Et quemadmodum fieri non potest, ut vnam nostram prægrediamur, quippe quæ prout gradimur, suffugiat, eodemque semper interuallo nos superet: quemadmodum etiam corporis magnitudo supra caput assurgere nequit, ut potè corpori semper superiectum: eodem modo nec Deus muneribus nostris vinci potest. Neque enim quicquam, quod extra illius bona sit, daturi sumus, nec quod illius liberalitatem superet. Nosce, unde habes, quod es, quod ratione ac mente vteris, & quo nihil maius speculationem, nunc quidem in speculis & ænigmatibus, tunc autem pleniorẽ ac puriorẽ, quod filius Dei effectus es, Christi coheres, ac, si mihi ita loqui fas est, Deus ipse factus es. Unde tibi hæc omnia, & à quo? Aut, ut parua hæc, oculisque subiecta dicam, quis tibi hoc dedit, quod cœli pulchritudinem cernis, Solis cursum, Lunæ orbem, siderum multitudinem, eamque, quæ in his omnibus velut in lyra elucet, concinnitatem atque ordinẽ semper eodem modo se habentẽ, partium anni vicissitudines, temporum mutationes, annorum conuersiones, diei noctisque, æquas partitiones, terræ productiones, aeris fusionem, maris fluxi simul ac nabilis immensam latitudinẽ, profundos fluminum gurgites, ventorum profluvia? Quis pluuias, agriculturam, cibos, artes, domos, leges, Respub. vitam mitem humanitate excultam, amicitiam & familiaritatem cum iis, qui tibi cognationis vinculo coniuncti sunt? Unde habes, quod animantia partim cicurata tibi quæ subiecta sunt, partim in alimentum tradita? Quis te omnium rerum, quæ in terra sunt, dominum & regem constituit? Quis, ne singula commemorem, ea omnia, quibus homo ceteras animantes antecellit, elargitus est? Nonne Deus, qui nunc ante omnia & pro omnibus humanitatem atque charitatem à te vicissim petit? An verò nos non pudebit, cum tot tantaque ab eo, partim acceperimus, partim speremus, si ne hoc quidem vnum ipsi conferamus, nimirum benignitatem & humanitatem?

**C** Si is, qui pauperem aspernatur, eum, à quo factus est, ad iracundiam prouocat, factorem profectò is honore afficit, qui opus fouet. Qui miseretur pauperis, inquit Scriptura, foeneratur Deo. Quis debitorem repudièr, creditam pecuniam non sine foenore tempestiuè redditurum? Per misericordiam ac fidem peccata purgantur. Demus igitur operam, ut misericordiam impertiendo, contractus animæ labes eluamus.

**D** Poterat quidem summus ille parens efficere, ut nemo pauper esset. At præcisã esset opitulandi facultas, nec quisquam alterius calamitate angeretur. Fit itaque ad communem omnium vtilitatem, ut partim opibus affluamus, partim egeamus: quò nimirum beneficiæ locus sit.

**E** Fac, contra quam alij solent, exercitum tibi ipsi contrahas, inermem nempe, imbellem, incruentum, ab ira alienum, macularum expertem, pios senes, Deo charos pupillos, viduas lenitatis armis instructas, viros charitate adornatos. Hos, inquam, opibus tuis, & corporis, & animæ satellites acquire, quorum dux atque imperator est Deus.

Misericordes Deus non eos tantum esse vult, qui misericordie munere funguntur, sed eos etiam, qui bene de aliis mereri student, quamuis nequeant: qui quæ, quantum ad

bene de a tatem animique inductionem attinet, id munus exequentur. Ac sanè, quo ij qui potuerint, **F**  
 Ejs merè eodè quoque honore afficientur qui voluerint, quorumque animi inductio par fuerit, etiam  
 di volunti si opibus & copiis alij superiores extiterint.

tas pre- Eleemosynas quidem faciendas esse Scriptura docet, sed cum iudicio, atque iis qui pro-  
 mio non merentur. Et quemadmodum agricola non promiscuè omnem agrum, sed bonum ac fecun-  
 carebit. dum conferit, ut ex eo fructus colligat: eodem modo serendum est beneficium in viduas,  
 simile. in pupillos, in calamitosos: ut per eorum orationes fructum verem ex ipsis conse-  
 quamur.

Et quo quispiam de proximo benè mereri potest, nisi id faciat, alienus à Dei amore esse  
 indicabitur.

Nec præstantius, nec humanius quicquam est, quàm misereri, ac beneficia dare: quando- **G**  
 quidem nec Deo quoque quicquam ea re potius est.

Psal. 40. Beatum sanè est super omnem pauperem & egenum intelligere: quò nimirum pruden-  
 Delectus ter egeno ac pauperi quis tribuat, maiore videlicet cura ac diligentia ijs prospiciens, qui ob  
 in benefi- virtutem aut pietatem in paupertatem ac penuriam inciderunt, aut etiam in eos, quos mor-  
 cius dan- bi vel casus aliqui in egestatem coniecerunt, quàm in eos, qui ob flagitia, vel profusus sum-  
 dis adhi- ptus in paupertatem reducti sunt.

est. Hospes & pauper Dei collyrium sunt. Qui eos exceperit, confestim oculorum usum  
 Euagr. recuperabit.

Nilus. Planam & facilem viam eleemosyna munit.

Rerum omnium dominus ita demum à te alitur, cù in pauperes beneficij aliquid cõfers. **H**

Quicquid beneficij atque eleemosynæ pauperibus impertis, id Christus sibi vendicat.

Mat. 25. Esuriri enim, inquit, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere.

Philo. Diuitiarum pulchritudo non in crumenis, sed in subleuanda pauperum inopia sita est.

De ijs qui eleemosynam minimè faciunt, sed auaritia & tenacitate  
 laborant, pecunieque desiderio flagent.

CAP. XVII.

Job. 5.  
24.



**I**N IUSTI OS obstruetur. Quæ illi seminauerint, iusti come-  
 dent: ipsi autem ex malis non eripientur. Impij terminos  
 transtulerunt, diripuerunt greges, & pauerunt eos. A sinum  
 pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem  
 viduæ. Subuerterunt pauperum viam, & opprælerunt pariter  
 manfuetos terræ. Qui seminant dolores, metunt eos. Flan-  
 te Deo percunt, & spiritu iræ eius sunt cõsumpti. Ipse no-

uit opera iniquorum: videns autem scelerata, non negliget. Non est locus, vbi  
 abscondantur qui faciunt iniqua. In vanum laborauit: diuitias aggressit, de qui-  
 bus non comedet. Multorum enim imbecillium domos cõfregit: victum autem  
 pupillorum rapuit, & non stetit. Non est ipsi salus in bonis suis. In desiderio suo **K**

22. extinguetur. Omnis autem necessitas super eum veniet. Caue ne facias iniusta.

Abstulisti pignus fratrum tuorù sine causa, & nudos spoliasti vestibus. Aquam  
 lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem. Viduas dimisisti vacuas, & lacer-  
 24. tos pupillorum comminuisti. Propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te  
 formido subita. Rapuerunt pupillum ab vberè: & eum qui ceciderat, humilia-

uerunt. Nudos eiecerunt vacuos, & esurientibus abstulerunt buccellam. Viam  
 iustitiæ non ambulauerunt, nec per semitas eius inceserunt. Sciens autem Domi-  
 nus eorum opera, tradidit eos in tenebras. Væ & perditio iniusto. Conteran-

27. tur omnes iniusti tanquam lignum incurabile. Diuitiæ iniquè congregatæ  
 euomentur. Si comportauerit tanquam terram argentum, & vestimenta licut  
 lutum præparauerit, præparabit quidem, sed iustus vestietur illis, & argentum in-

nocens

**A** nocens diuidet. *Ædificauit sicut tinea domum suam: & sicut aranea opes eius.*

Vultus Domini super facientes mala: vt disperdat de ciuitate Domini omnes facientes mala: Ne timueris, cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, &c. Virum iniustum mala capient in inferitu.

Dixit Elifeus ad Giezi, Vnde venis? Qui respondit, Nō iuit seruus tuus quoniam. At ille ait, Nōne cor meum in præsenti erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui? Nunc igitur accepisti argentum & vestes, vt emas oliueta, & vineas, & oues, & boues, & seruos, & ancillas. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi & semini tuo vsque in sempiternum.

**B** Qui parcus est in donis, iracundiam magnam excitat. Diues proponit amicos multos, Diuites pauperibus imperabunt. Sapiens est apud se diues. Substantia, ad quam festinatur cum iniquitate, minuetur. Non proderunt thesauri iniquis. Qui auertit faciem suam à paupere, in magna inopia erit. Exitum affert corpori suo, qui immisericos est: Viscera impiorum misericordiæ expertia sunt.

Auarus non implebitur pecunia: Pecuniæ obediunt omnia. Est malum quod vidi sub Sole: Vir cui dedit Deus diuitias & substantiam & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat: nec tribuit ei potestatem vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud.

Chanaan, in manu eius statera dolosa: calumniam dilexit.

**C** Væ qui multiplicat non sua: vsquequod aggrauat contra se densum lutum? Nunquid non repente consurgent qui mordeant te, & fuscitabuntur lacerantes te? Væ qui congregat auaritiam malam domi suæ, vt sit in excelso nidus eius.

Væ qui coniungitis domū ad domū, & agrū agro copulatis vsque ad terminū loci. Laqueus pauperis est in domibus vestris. Quid vos iniuria afficitis populum meū, & faciem pauperum confunditis, dicit Dominus? Ego dedi eos in manus tuas: & tu non dedisti eis misericordiam. Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis. Manus enim vestre sanguine plenæ sunt.

Impij quasi mare feruens, quod non potest quiescere. Abstine ab iniustitia: & non timebis, nec tremor appropinquabit ad te.

**D** Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant. Et eleuata sunt, & fecerunt abominationes coram me. Populus exprimentes iniustitiam, & rapientes prædam, pauperem & inopem opprimentes, nec cum aduena versantes, vt æquum erat. Mater tua leæna inter leones cubuit, in medio leunculorum enutriuit catulos suos. Et eduxit vnum de leunculis suis, & leo factus est, & didicit capere prædam, hominemque comedere. Tu es terra immunda, & non compluta in die furoris iræ meæ. Principes eius in medio eius, quasi lupi rapientes prædam, & ad deuorandas animas.

**E** Auari oculus non impletur parte. Conteret Dominus lumbos immiseri- cordium. Noli gaudere ob possessiones iniquas. Non enim proderunt in die vindictæ & obductionis. Non effugiet rapinam peccator. Qui ædificat domum suam impendiis alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme. Leo venationi insidiatur semper: sic peccata operantibus iniquitates. Qui sacrificat ex iniustis opibus, huius sacrificium est contaminatum. Opes iniquorum tanquam flumina exsiccabuntur: & vt tonitru magnum in pluuia resonabunt.

Qui offert sacrificium de bonis pauperum, est velut qui macerat filium coram patre suo. Bene non erit ei, qui assiduus est in malis: nec ei, qui elemosynam non largitur. Panis indigentium vita pauperum: qui hanc aufert, vir sanguinum est. Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia. Peruigilium diuitiarum macerat carnes: & sollicitudo earum somnum pellit. Qui amat aurum, non iustificabitur. Multi dati sunt auri casus: & facta est in specie eius perditio eorum. Lignum offensionis est aurum sacrificantium: væ illis qui

3. sectantur illud, & omnis imprudens deperiet in illo. Venatio leonis onager F  
in eremo: sic & pascua diuitum sunt pauperes. Diuiti decepto multi recuperato-  
res: locutus est superba, & iustificauerunt eum. Diues locutus est, & omnes ta-  
cuerunt: & verbum illius vsque ad nubes peruenit. Secundum vires hominis,  
31. sic & indignatio eius: & secundum diuitias ipsius exaltabit iram suam. Bea-  
tus diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec spera-  
uit in pecuniæ thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabi-  
lia in vita sua. Quis probatus est in illo, & perfectus est, & erit illi gloria æterna?  
Quis potuit transgredi, & non est transgressus? & facere mala, & non fecit? Ideò  
stabilita sunt bona eius in Domino, & eleemosynas illius enarrabit omnis ec-  
clesia sanctorum. Est qui ab attentione & cordis compressione diuitias col- G  
11. ligit: & relinquet eas aliis, & morietur. Qui aceruat ex animo suo iniuste, a-  
14. liis congregat: & in bonis illius alius luxuriabitur. Qui sibi nequam est,  
cui alij bonus erit? Fili, pro modulo facultatum tuarum beneficum te præ-  
be.
- Mat. 19. Dixit Iesus discipulis suis, Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in  
regnum cœlorum. Et iterum dico vobis, quia facilius est camelum intrare per  
foramen acus, quam diuitem intrare in regnum Dei. Auditis autem his, disci-  
puli eius mirati sunt valde, dicentes, Quis ergo poterit saluus esse? Et aspiciens  
Iesus, dixit illis: Apud homines impossibile hoc est, apud Deum autem omnia  
possibilia sunt. H
- Luc. 12. Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit, &c.  
6. Væ vobis diuitibus: quia habetis consolationem vestram. Væ vobis qui fa-  
turati estis: quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebi-  
tis. Discedite à me omnes operarij iniquitatis. Illic erit fletus & stridor den-  
tium.
1. Cor. 6. Quare non potius iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini?  
Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, idque fratribus. An nescitis quia iniqui re-  
gnum Dei non possidebunt?
- Coloss. 3. Qui iniuriam facit, recipiet id quod iniquè egit. Non enim est personarum  
acceptio apud Deum. I
1. Thess. 4. Nò supergredi, nec fraudare in negotio fratrem suum. Quia vindex est Deus  
de omnibus his.
2. Tim. 2. Abstineat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini.  
Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationes, & in laqueum, & in deside-  
ria multa & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix  
enim omnium malorum est auaritia, quam quidam appetentes, errauerunt à fide,  
& inseruerunt se doloribus multis.
- Iac. 5. Diuites, plorate vlulantes in miseris quæ accident vobis. Diuitiæ ve-  
stræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis consumpta sunt. Au-  
rum vestrum & argentum æruginavit, & ærugo eorum in testimonium vo- K  
bis erit, & comedet carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram  
2. in extremo die. Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit mi-  
sericordiam. Si frater aut soror nudi sint, indigeantque victu quotidia-  
no, dicat autem aliquis ex vobis illis, Ite in pace, calefacimini, & fa-  
turamini, non dederitis autem quæ necessaria sunt corpori, quid prode-  
rit?
2. Pet. 2. Nouit Dominus pios ex tentationibus eripere, iniustos autem in diem iudi-  
cij excrucianos referuare.
1. Io. 3. Qui habet substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessita-  
tem habentem, & clausit viscera sua, quomodo charitas Dei manet  
in eo?

**A** Audi, quæso, Salomõhem: Ne dicas, Vade & reuertere, & cras dabo tibi. Nescis enim quid paritura sit superuentura dies. O quæ præcepta contemnis, ac pro nihilo ducis! Tristes es, & quæ eiusmodi, quem vix quisquam conuenire possit, vt qui occursum hominum fugias, ne vel tantulum quippiam de manibus eicere cogaris. Vnam hanc vocem nosse: Non habeo, nec dabo: pauper enim sum. Ac sanè pauper es, atque omni boni expers, vacuus charitate, vacuus humanitate, vacuus fide in Deum, vacuus spe æterna: Fac saltem in bonorum tuorum partem fratres tui vnà cum tuis veniant. Quod postridie labefactabitur, egentibus hodierno die tribue. Extrema auaritia genus est, ne ea quidem, quæ corrumpuntur, cum egentibus communicare. At inquis, Quem tandem iniuria afficio, dum, quæ mea sunt, premo ac retineo? Quænam autem, quæso, tua sunt? An non nudus es natus? Non vtero excidi-

*Basil. hõs in illud. Euar. De strua horrea mea. Auarius verè pauper est. Job. i.*

**B** sti? An non rursum nudus in terram reuertèris? Quæ autem nunc habes, vnde tibi contigerunt? Si à fortuna dixeris, impius es, vt qui Creatorem non agnoscas: nec ei, à quo ea accepisti, gratiam vllam habeas. Si autem à Deo ea te habere confiteris, affer iam causam, quam obrem acceperis. Num iniquus est Deus, qui ea, quæ ad degendam vitã attinent, nobis haud æquè distribuit? Ecquid est, cur tu opibus abundes, ille contra egeat? An non omninò, vt & tu benignitatis ac fidelis administrationis mercedem referas, & ille ingentibus patientia præmiis ornetur? Siccine verò, cum tu vastissimo atque inexplebili auaritia tua sinu omnia coërceas, nemini te iniuriam inferre censes, tot homines eorum vsu spolians? Quis est auarus? An non is, qui eo, quod satis sit, non acquiescit? Quis spoliator? An non qui sua cuique eripit? Tunc igitur auarus ac spoliator non es, qui ea, quæ administrationis causa suscepisti, tua ducis? Si, qui homini vestem detrahit, citra controversiam fur est, qui nudus non induit, cum id facere possit, aliõne nomine appellari debet? Famelicus est panis ille quem retines: nudi, vestimentum quod in arcis asseruas: eius, qui calceis caret, calcei illi, qui apud te corrumpuntur: egentis, illud aurum, quod humi defossum habes. Ac proinde tot homines iniuria afficis, quot sunt, quibus præbere poteras.

*Cur Deus quosdam diuites, quosdam pauperes esse voluerit.*

Quid tandem est, quæso, quod prohibeat, quominus piæ largitioni studeas? An non in promptu est qui egeat? An non plena sunt horrea? An non parata merces? An non mandatum lucidum? Famelicus tabe conficitur: nudus frigore riget: debitor ab importuno creditore strangulatur. Et tu elemosynam in posterum diem reuicis?

**D** Omnia in auri naturam mutari optas, atque id pro viribus excogitas. Quid enim est, quod auri causa non moueas? Frumentum tibi aurum efficitur: vinum in aurum concrescit: lana in aurum vertuntur. Quicquid comminisceris, aurum tibi cõciliat. Ipsummet aurum seipsum gignit, vt potè foenoris maiorem in modum auctum. Nec satietas vlla oboritur, nec cupiditatis meta inueniri potest.

*Auari omnia in aurum mutant.*

Quantò magis opibus augetis, eò magis charitate minueris. Quid mœres, ô homo, caduca proiciens, ac cœlorum regnum recipiens? Cur petenti negas, ac dare recusas, cum interim innumeras sumptus occasiones comminiscaris? Quid Iudici respondebis? Qui parietes vestis, hominem non induis. Qui equos ornas, fratrem parum decore vestitum negligis. Qui frumentum corrumpi sinis, fame laborantes non alis. Qui aurum defodis, eum qui fame strangulatur, contemnis.

*Hom. ad diuit.*

**E** Quemadmodum qui scalas ascendunt, semper ad sublimiorem gradum pedem efferentes, non prius consistunt, quam ad supremum gradum peruenerint: eodem modo nec diuites congerendarum opum finem faciunt, quousque altissime prouecti, ex sublimi ruentes, se ipsos comminuant.

*simile.*

Quantum oculus prospicit, tantum quoque auarus concupiscit. Non saturatur oculus visu: nec auarus inquam accipiendo saturabitur. Infernus nunquam dixit, Sufficit: eodem modo nec auarus inquam dixit, Satis est. Quando presentibus utèris? quando ex ipsis fructum capies, cum in adipiscendi labore semper districtus sis? Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, vt proximo aliquid abstrahatis. Tu autem quid facis? An non sexcentas rationes prætexis, vt quæ proximi sunt, accipias? Vicini domus, inquis, lumibus meis officit, tumultum ciēt, aut id, quod à domo meo aberrat, excipit: aut aliquid aliud causatus, nõ antè eum exagitare, vexare, trahere, ac distorquere desinis, quam ipsum in eam necessitatem adduxeris, vt ex adibus suis aliò migret. Quid enim, quæso, is-

*Prou. 27.*

*Esa. 5.*

3. Reg. 21. raelitam illum Naboth interemit? An non vinea ipsius cupidites, qua Achab ardebat? **F**  
 Malus in vrbe, malus ruri contubernalis auarus est. Mare fines suos agnoscit, nox veteres terminos non excedit: at aurius non vetustate mouetur, non limites illos agnoscit, non successioni seruis indulget: sed ignis impetum imitatur, omnia inuadit, omnia populatur. Ac  
 simile. quæadmodum fluij ex paruo initio orti, ac deinde per tacita incrementa intolerabile quoddam augmentum sensim adepti, cursus sui cupiditate, quicquid obuium habuerint, secum trahunt: sic qui ad ingentem potentia magnitudinem perueniunt, ex his, quos iam oppreserunt, parta grauius nocendi facultate, per eos deinceps alios subigunt.

Quid igitur postea? An non tres dumtaxat terra cubiti te expectant? An non paucorum lapidum mofera carni custodiendæ par erit? Cuiusnam gratia laboras? Cuius gratia in scelera prorumpis? Quid manibus sterilitatem colligis? Atque vinam sterilitatem, ac non potius materiam igni sempiterno. An non aliquando ex hac temulentia emerget? An non animi sanitatem recipies? An non ad teipsum redibis? An non ante oculos tribunal Christi tibi propones? Quid tandem purgandi tui causa allaturus es, cum undique te cingentes ij, qui abs te iniurias acceperunt, coram iusto iudice aduersum te vociferabuntur? Quid igitur facies? Quos patronos conduces? Quos testes adhibebis? Quonam pacto iudicem eum, cui fucus fieri non potest, inspectes? Illic orator non est, illic nullum verborum lenocinium, quod iudici veritatem surripere queat. Not. comitantur assentatores, non opes, non dignitatum flatus. Vacuus amicis, vacuus adiutoribus, nullius patrocinio subnixus, omni excusatione carens, ignominaeque suffusus relinqueris, tristis, mæstus, ab omnibus desertus, metu perditus ac profligatus. Quoquò enim oculorum aciem cõuerteris, perspicuas malorum imagines cernes, hinc pupilli lachrimas, illinc vidua gemitus, aliunde pauperes quos pugnis contundebas, famulos quos flagris lacerabas, vicinos quibus stomachum mouebas. Omnia in te insurgent: malus flagitiorum tuorum chorus undique te obsidebit. Vt enim

simile. Umbra corpus, sic animas peccata comitantur, ea, quæ quisque in vita gesserit, perspicue respiciant. Ob idque nullus illic inficiationi locus est: Verum impudentibus os obturatur. Ipse enim actiones aduersus quemque testimonium dicunt: non quòd vocem emittant, sed quòd tales appareant, quales a nobis gestæ sunt. Quonam autem modo res vsque adeo hortestimo - rendas oculis tibi subiicere queam? Nimirum si audieris, ac mentem submisseris. Diei illius tibi in mentem veniat, in quo Dei ira de cælo reuelabitur. Dies ille tibi animo obuersetur, quo Christus magno cum splendore affuturus est, atque exurgent qui bona fecerint, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerint, in resurrectionem iudicij. Tum scilicet sempiterna peccatoribus ignominia erit, atq; ignis zelus, qui aduersarios deuorabit. Illa illa sint, quæ molestia te afficiant, non autem Dei mandatum te in maiorem conuiciat. Qua tandem ratione te commouebo? Quid loquar? Regni te cupiditas nulla tenet? gehenna nullus metus? Vnde anima tuæ medicina reperiri queat? Nam si, nec ea, quæ horrorem habent, tibi terrorem incutiunt, nec quæ leta sunt, te incitant, ad saxeam pectus nobis est oratio. Oculos, quæso, ad opum naturam conice. Quid vsque adeo aurum ad stuporem vsque admiraris? Lapis est aurum, lapis argëum, lapis margaritum, lapis quilibet lapis, chrysolithus, berillus, acathes, hyacinthus, amethystus, iaspis. Hi nimirum diuitiarum flores sunt, quos tu partim reconditos & abstrusos habes, ac pellucidos lapillos tenebris mandas, eximios autem quosque circumfers, atque eorum splendore gloriaris. Velim mihi dicas, quid tandem tibi proficit lapillis choruscantem manum undique contorqueres? Non te pudet lapides præ fastidio appetere, quemadmodum mulieres cum vterum gerunt? Vt enim illæ lapillos vorant: eodẽ modo tu quoque eximios quosque lapides maiorem in modum appetis, sardoniches nimirum & iaspides, atque amethystos requirens. Quis ob ornatus & elegantia studium vno die vitam prorogare potuit? Cui mors diuitiarum causa pepercit? A quo morbus propter opes & copias abstinuit? Quousque tandem studio aurum erit, animarum laqueus, mortis hamus, peccati illecebra? Quousque diuitia, bellorum parentes, ob quas arma cuduntur, enses aciuntur? Ob eas cognati naturam non agnoscunt, fratres infesto ac sanguinario oculo sese intuentur. Propter opes solitudo prædones alit, mare piratas, vrbes scophantas. Quis mendacij pater est? Quis falsæ conscriptionis artifex? Quis periurij procreator? Nonne opes? nonne earum studium? Quid vobis, o mortales, accidit? Quis vobis ea, quæ vestra sunt, ad perniciem

Impiorum scelera aduersus eos  
 Rom. 1.  
 1o. 5.  
 Heb. 10.  
 Impij nulla ratione commouentur.  
 Diuitiarum mala.



**A**ciem vestram conuertit? Ad subsidium vite, an ad vitiorum materiam & adiumentum, opes concessa sunt? Ad redemptionem anime, an in exitu occasionem? At, inquis, propter liberos necessaria sunt opes. Speciosa videlicet auaritia & excusatio ista est. Filios enim preterit: quid autem pectore geratis, apertissime proditis. Ne insonem culpes: Dominum suum habent, procuratorem suum. Ab alio vitam acceperunt: & ab ipso vita degenda subsidia expectant. An vero iis, qui matrimonio sese manciparunt, Evangelia scripta non sunt? Si vis perfectus esse, vende quod habes, & da pauperibus. Cum a Domino sobolem postulas, cum id ab eo petebas, ut filios gigneret, an illud quoque adiunxisti, Da mihi liberos, ut auaritia studeam, ut eorum causa in gehennam coniciatur? Da mihi liberos, ut Evangelium contemniam, ac pro nihilo putem.

**B** Ostende opera: ac premia posce. Nemo solutis mundinis negotiatur, nec post certamina rediens, corona donatur, nec confecto bello egregium edit facinus militare. Eodem scilicet modo nec confecto vite curriculo pietatis munere fungi potest. In atramento & charta beneficia polliceris. Quis autem te de exitus tempore certior faciet? Quis mortis modum tibi spondebit? Quot homines violētis casibus de medio abrepti sunt, sic nempe ut peccatoris acerbitate ne vocem quidem mittere ipsis licuerit? Quot homines febris de mentis gradu deturbauit? Quid tempus illud expectas, in quo saepe ne rationis quidem compos futurus es? Nox profunda, morbus grauis: & qui tibi opem ferat, nusquam est: qui autem hereditati imminet, praesto est, quique omnia ad vilitatem suam administrat, atque irrita omnia tua consilia reddat. Ac tum huc atque illuc circumspicies, quaque in solitudine verseris intuens, tum denique, quam male tibi consulueris, senties, atque amentiam tuam deplorabis, qui in tale tempus diuinum mandatum reseruaueris, cum iam & lingua fracta & languida, & manus tremula erit, utpote crebris contractionibus agitata: ita ut nec voce, nec scripto, voluntatis tuae significationem edere queas. Quanquam etiam si omnia perspicue scripta essent, ac voces omnes aperte pronuntiatæ: tamen vnica litera interposita ad rotam sententiam tuam immutandam satis superque esset.

Plerosque noui, ieiunantes, orantes, gementes, omne denique sumptu vacuum pietatis virtutes genus praeseferentes: at interim ne vnum quidem obolum oppressis proiicientes. His porro quid tandem vtilitatis reliquæ virtutes asserere queant, cum eos caelorum regnum haudquaquam admittat?

**D** Vende quæ habes, & da pauperibus, ut ad aternam voluptatem viaticum comparatum habeas. Mæstus abscedis? Si autem audieris, Da pecunias mulieribus lasciuis, ac luxus studiosis, da latomis, fabris, calculariis, pictoribus, gaudes scilicet, perinde atque quippiam pecuniis praestantius acquirens. Vidēsne hos parietes vetustate iam collapsos, quorum reliquæ, tanquam scopuli quidam, passim tota vrbe prominent? Quotnam in vrbe, cum ijerigerentur, pauperes erant, qui ob huiusmodi rerum studium ab illius tempestatis diuitibus contemnebantur? Vbinam igitur est præclara operum structura? Vbinam ille, qui ob huiusmodi operum magnificentiam laudibus in caelum ferebatur? An non hæc quidem, non secus atque ea, quæ a pueris in arena per ludum adificantur, confusa iam ac deleta sunt: ille autem in inferno iacet, ob rerum vanarum studium ingenti animi dolore affectus? Magno animo esto. Parietes tam exigui, quam magni, eundem usum afferunt. Cum in inepti cuiusdam hominis domum ingredior, atque eam omni florum genere nitentem conspicio, hoc mihi persuadeco, eum nihil iis rebus, quæ in aspectum cadunt, praestantius possidere: verum ea quidem, quæ anima carent, exornare, animam autem ornatus omnis expertem habere. Quem tandem, obsecro, amplioverum usum præbent argentei lecti, ac mensæ argenteæ, eburnei thori, & eburneæ sella, ut propterea opes ad pauperes non transeant? Et quidem sexcenti ad fores tuas astant, miserabilem omnino vocem emittentes. Tu vero stipem negas, fieri non posse dicens, ut poscentibus subuenias. Atque lingua quidem iuras: verum manus te coarguit. Ea enim tacita mendacium tuum prædicat, annuli nimirum pala circumfulgens. Quot homines vnicus annulus tuus ære alieno liberare potest? Quot domos collabentes instaurare? Vnica ea arca, in qua vestes recondis, populum vniuersum frigore rigentem operire potest. Et tamen pauperem infectis rebus ablegare sustines, iustum Iudicis talionem, nihil metuens. Non miseri cordiam impertisti? nec tibi impertitur. Aedes tuas

non aperuisti? A regno excluderis. Esurienti panem non dedisti? Vitam aeternam non accipies. At pauperem te ipsum dicit? Sane assentior. Pauper enim is est, qui multis indiget. Ut porro vos multis indigeatis, inexplebilis cupiditas facit. Decem talentis decem alia studeas adiungere. Cum autem viginti facta sunt, totidem alia rursus queris. Ac tibi semper id quod accedit, non cupiditatem coarctet, sed appetitum inflammat. Quemadmodum enim temulenti, quo plus vini hauriunt, eo plus ad bibendum incitantur: sic etiam ii, qui repente diuites facti sunt, cum multa adepti sunt, plura concupiscunt.

*Hom. in dictum illud, Et tibi cunctis tibi ipsi.* Quibus flores, & ob maiores tuos praclare de te sentis, ac patriae splendore, corporisque pulchritudine gloriaris, atque iis honoribus, qui ab omnibus in te congeruntur? Attende tibi hi ipsi, atque illud cogita, te mortalem ac terrenum esse, atque in terram reuersurum. Circumspice eos, qui ante te in iisdem splendoribus versati sunt. Vbi sunt qui in rebus publicis summam potentiam & auctoritatem obtinebant? Vbi inuictissimi oratores? Vbi qui seista publica instituebant? Vbi praclari illi equites? Illi militares duces? Tyranni? Nonne omnia puluis sunt? Nonne omnia fabula? Nonne in paucis orbibus omnis eorum vita & memoria sita est? Incumbe in sepulcra, ac vide num famulum ab hero secernere queas? Vbi pauper iaceat, vbi diues? Distingue, si potes, vinctum a rege, fortem ab imbecilli, pulchrum a deformi. Natura igitur si memineris, nunquam animos attolles.

*Hom. habita in Laetis.* Auarum quis est quod cohibere queat? Igne atrocior est, omnia continuo depascens. Proximi bona inuasit? Alter vicinus extitit: ac rursus illius bona sibi vendicat. Non ea quae a tergo sunt, prospicit: sed ob ea, quae adhuc restant, angitur. Non collectas facultates, quibus fruitur, considerat: sed maiorum opum cupiditate seipsum exest ac coficit. Hinc noctes insomnes, hinc cura, sollicitudines. Quantum diuitiae augentur, tantum etiam victus cura crescit. Iudex expectatur? Auarus huc atque illuc oculos versat, metuens scilicet, ne in ius trahatur, ac pupillus lacrimas palam pro tribunali profundat. Noctu cogitat quosnam crudeles patronos adhibeat, ut falsa testimonia pretio conducatur: quoniam pacto eum expugnet, qui in orbitate versatur, atque hunc etiam in iudicio surrepta veritate opprimat. Simulque ambos absumat, nimirum & fucos iudici factos, & puero bonis spoliato. His scilicet curis auari animus conficitur. Canis latrat? Diues furem esse arbitratur. Mus strepitem edidit? Diuitis cor metu subsilit. Omnia metuit, omnia suscipitur. Filios crescentes tanquam insidiatores cernit: quod videlicet eorum etas successionem urgeat.

*Mat. 5.* Hominis diuitis, inquit, verberes fructus ager attulit. Et cogitabat secum, Quid faciam? Destruam horrea mea, & maiora aedificabo. Ecquid igitur hominis illius ager fructibus abundauit, qui nil boni ex hac copia & vbertate facturus erat? Nempe ut Dei longanimitas clarius eluceat, quippe qui etiam usque ad huiusmodi homines benignitatem suam porrigat. Pluit enim super iustos & iniustos, & facit oriri Solem suum super bonos & malos. At eiusmodi bonitas maiorem improbis cruciatum accersit. Imbres in eam terram demisit, quae auari manibus colebatur. Dedit Solem, qui semina foveret, ac per fertilitatem fructus amplificaret. Ac talia quidem Dei beneficio contigerunt, nimirum terrae oportunitas, aeris temperies, feminum copia, bouum auxilia, caeteraque, ex quibus agricultura fertilitatem concipere solet. Qualia autem erant, quae ab homine proficiscebantur? Morum acerbitas, inhumanitas, illiberalitas. Haec erant, quae Deo pro ipsius erga se meritis referebat. Communis naturae non meminerat: non sibi faciendum esse ducebat, ut quod redundabat, egentibus impertiret. Nullam mandati illius rationem habebat, Ne desistas benefacere indigentibus: atque elemosinae & fides non te deserant. Ac rursus: Frange esurienti panem tuum. Denique nec Prophetas illos, nec doctores inclamantes audiebat. Verum horrea quidem reconditarum frugum copia compressa distumpebantur: at cor tenax & praeparatum minime implebatur. Semper enim noua veteribus adiungens, atque annuis incrementis opes suas cumulans, in hanc exitu omni carentem animi anxietatem incidit: ut qui nec vetera (quae ipsius erat auaritia) sese subducere pateretur, nec noua ob ingentem eorum copiam suscipere posset. Quamobrem & vana atque irrita ipsius consilia erant, & eiusmodi cura, ut ex his sese explicandi potestas nulla esset. Quid faciam? Quis hominis ita circumsepsi miseria non commoueat? Miser enim fertilitatis nomine est, miser ob praesentia, miser ob expectata. An non enim, dum redditus ipsi terra fert, gemitus quoque ei dem

*Auari miseria.*

producit?

**A** producit? An non dum *Uerriman* frugum copiam colligit, curas etiam ac mœores, gra-  
uēque animi anxietatem contrahit? Eodem enim, quo pauperes, modo lamētatur. An no-  
enim eandem quoque vocem mittit, qui paupertate premitur, Quid faciam? Vnde alimen-  
ta, unde indumenta suppetent? Isdem verbis diues quoque vitur. Discruciator animo, à  
cura & solitudine exesus. Nam quod aliis voluptatem affert, hoc avarum conficit. Nec  
enim hinc lætitia afficitur, quod intus domus tota plena sit: sed ob circumfluentes atque *U*-  
tra horrea regurgitantes opes anidus ipsius laniatur, id scilicet metuens, ne ad externos  
quoque interdum manantes, vtilitatem aliquam egentibus conciliet. Ac mihi animæ ipsius simile.

**B** quoniam ipse sis, quid administras, à quo acceperis, quam ob causam multis prælatus sis. Dei  
minister factus es, confessorum dispensator. Noli putare omnia ventri tuo parata esse. De  
his, quæ in manibus tuis sunt, tanquam de alienis, consilium ini. Aliquantum temporis te  
oblectant, ac postea dilabentur, & interibunt: eorum autem ratio abs te diligenter exige-  
tur. At tu omnia ianuis ac repagulis inclusa tenes: iisque sigillo, tanquam vinculo quodam,  
constrictis, curis inuigilas, ac tecum ipse deliberas, stulto videlicet consiliario, hoc est te-  
ipso, vsus. Quid faciam? Promptum erat dicere, Animas esurientium implebo. Horrea mea  
patefaciam: atque omnes inopia laborantes accersam. Iosephum benignitatis præconio imita-  
bor. Vocem animi magnitudine plenam proloquar: Venite ad me omnes qui fame caretis, be-  
neficij diuinitus mihi concessi, quantum cuique satis sit, tanquam ex communi fonte parti-  
cipes futuri. At tu non hoc es animo præditus. Qui namque, cum eorum fructum hominibus  
inuidas? Verum improbum consilium in animo tuo agitans, id curas, non ut cuique ea, qui-  
bus indiget, tribuas: sed ut susceptis omnibus bonis, omnes ea, quæ hinc percipitur, vtilita-  
te priues. Præsto erant, qui animam illius reposcerent: illi autem de cibis cum anima sua  
sermo erat. Hac nocte assumebatur: atque in annos multos delicias sibi animo fingebat. Ipsi  
omnino deliberandi, ac sententiæ suam declarandi potestas facta est: ut dignam volun-  
tate sua atque animi inductione sententiæ acciperet.

Destruam horrea mea, & maiora edificabo. Digna enim profecto euersione sunt in-  
iustitæ promptuaria. Demolire manibus ipsemet tuis, quæ malè construxisti. Dele horrea ea,  
unde nemo unquam ita abscessit, ut consolationis quicquam consequeretur. Domum om-  
nem auaritiæ custodem de medio tolle. Disturba recta, parietes deice. Frumentum situ ob-  
ditum ac cariosum soli ostende. Vinctas opes è carcere extrahe: tenebrosa mammonæ diuer-  
soria velut in triumphum expone.

Propter te hac quoque calamitate Deus nos multauit: quia cum haberes, nõ dabas: quia  
eos, qui fame laborabant, præteribas: quia ad gementes minime te conuertebas: quia eorum,  
qui ad pedes tuos sese pronoluebant, haudquaquam te miserebat. Paucorum etiam culpa fit,  
ut populus vniersus calamitatibus afficiatur: atque vnus improbitatem plebs tota luit.  
Achan sacrilegium perpetrarat: & totus exercitus pœnas dabat. Zambri rursus mulieri-  
bus Madianitis stuprum intulerat: & Israël propterea in supplicij inci debat. Quæ cum  
ita sint, omnes, & priuatum, & publicè, vitam nostram excutiamus.

Populi audite, Christiani aures arrigite: quia hæc dicit Dominus, non ille quidem sua-  
met voce concionans, verum sermorum suorum oribus tanquam organis quibusdã insonans.  
**E** Ne nos ipsos, qui ratione præditi sumus, brutis crudeliores præbeamus. Etenim illa his, quæ  
è terra à natura producuntur, in commune vtuntur. Nam & pecudum greges vnus at-  
que eundem montem depascunt, & equi numerosi in vno atque eodem campo pabulantur:  
ac denique sigillatim omnia sibi ipsis necessarium eorum, quibus indigent, vsus vicissim  
concedunt. At nos communia sinu nostro coercemus, ac quæ multorum sunt, soli tenemus.  
Pudore nos afficiant ea, quæ de Gentilium humanitate commemorantur. Nam apud quos-  
dam eorum lex humanitatis plena, vna eademque mensa, communes cibi, idem focus, nu-  
merosissimum alioqui populum vnus ferme reddunt. Sed externos mittamus: atque ad triu-  
illorum mille hominum exemplum nos cõferamus, ac primum illud Christianorum agmen  
imitemur, illudque consideremus, quemadmodum omnia illis communia erant, vita, anima,  
concordia, communis mensa, indiuisa fraternitas, charitas non ficta, ex multis corporibus

Auaro-  
rum ame-  
tia.

Hom. ha-  
bita tem-  
pore sicca  
et famis.  
Paucorũ  
scelera sæ-  
pe plebs  
tota luit.  
Iosue. 7.  
Num. 25.  
Ibid.

Auari  
brutis cru-  
deliores

Act. 4.

Unum efficiens, ac diuersas animas concordia nexu inter se copulans. Multa, tum ex Veteri, tum ex nouo Testamento, fraternæ charitatis exempla tibi præsto sunt. Si senem fame affectum videris, eum accersere, atque ale, quemadmodum Ioseph Iacob. Si hostem in angustias redactum inuenieris, ne iracundiæ, qua teneris, ultionem adiunge: Verum eum ale, ut ille fratres, à quibus venditus fuerat. Si in iuuenem labore atque ærumna pressum incidideris, sic collachrima, ut ille ob Benjamin à patre sene in lucem editum. Quin fortasse te quoque auaritia tentat, ut Iosephum heras? Vestibus te trahit, ut Dei mandatum pro nihilo ducas? Vestes proiice, iratus abscede, fidem Domino serua, ut ille Phutiphari: in vno anno grassantem egestatem rectè administra, ut ille septem annis.

Quid plausibilem causam ad peccatum fingis? Qui te creauit, idem filium quoque tuum creauit. Qui tibi vitæ degendæ subsidia præbuit, idem quoque instrumenta filio præbebit, quibus vitam traducat.

Auare, ne à filiis excusationem petas. Filij tibi sunt? Sempiternum ipsis thesaurum agere. Thesaurus porrò quibusuis opibus præstator est pietas. Liberis tuis bonum potius nomen, quam diuitias multas relinque. Da operã, ut omnes amore ac beneuolentia patres filij tui sint. Omnino tibi ex hac vita quandoque excedere necesse est, atque impuberem filium relinquere, aliorum præsidio opus habentem. Si probus ac benignus fueris, quiuis tuum filium tanquam suum ducabit. Recordabitur enim te quoque pupillorum patrem extitisse. Sin autem improbè & sceleratè vixeris, ac multos molestia affeceris, & quauis fera crudeliorem iis, quibuscum degebas, te præbueris, ac deinde ex hac vita excesseris, filij tuum communem omnium inimicum reliquisti. Ut enim qui scorpj prolem conficit, metuit ne cum ad ætatem peruenerit, parentem imitetur: sic etiam ne filij tui paternæ improbitatis heredes sint, antequam ad ætatem veniant, omnium insidius patebunt. Quid igitur liberis tuis multos insidiatores & hostes colligis?

Nos à seruitute in libertatem vindicamur: & conseruorum miseria non commouemur. Esurientes alimur: & egentem præterimus. Copiosissimum largitorem ac promum condum Deum habentes, parci in pauperes & illiberales sumus. Fœcundæ sunt oues nostræ: & quamplurimi velleribus carent. Tanta nobis reconditarum frugum copia est, ut horrea nostra nimis angusta sint: & ei, qui angustius premitur, misericordiam nullam impertimus. Ob eam causam nobis iustum tribunal minitatur. Ob eam causam Deus quoque manum suam non aperit: quia fraternam charitatem nos occlusimus. Ob eam causam sicca terra sunt, quia charitas refrixit.

Ille opes suas in gladiatores insumens, atque inanibus populi vocibus insolescens, laudibus instatur, animosque tollit, gloriam videlicet habens in confusione sua.

Magistrum vocas: & discipuli affectu cares. Bonum confiteris: & ipsius munera repudias. Quid autem graue ac molestū, aut nimis altum ac difficile habet hoc verbum, quod tibi magister proposuit, Vede quæ habes, & da pauperibus? Si tibi agriculturæ labores, aut negotiationis pericula, aut alia omnia, quæ tempestate iactatis hominibus dura & aspera occurrunt, proposuisset, erat cur mœrore afficereris. Cum autem per viã usque adeo facilem ac laboris omnis & sudoris expertè hoc se facturum polliceatur, ut sempiternæ vitæ heres sis, consequendæ salutis facilitate non gaudes, sed mœsto ac dolenti animo abscedis, atque eos omnes labores irritos reddis, quos prius exantlasti. Nam si nec cædem, ut ipse inquis, nec adulterium, nec furtum admisti, nec falsum testimonium aduersus quenquam dixisti, inutile tibi rerum earum omnium studium reddidisti, dum id minime adiecisti quod reliquum erat, quòdque, vel solum, ad cælorum regnum aditum tibi aperire queat. Ac quidem si medicus facturum se reciperet, ut membrorum distortionem natura vel morbo contractas in integrum tibi restitueret, non mœreres id audiens. Cum autè magnus ille animorū medicus te præcipuis partibus carentem integritati reddere cupit, beneficium istud non accipis, sed in luctu ac mœrore versaris, ab illo mandato procul dubiò remotus, ac falsò de teipso hoc testatus, quòd proximum tanquam teipsum dilexeris, quòdque charitatis præceptum iam inde ab adolescentia seruaueris. En enim, id quod à Domino imperatum est, aperte prodit, quam longè a vera charitate absis. Nam si id quod asseruisti, verū esset, hoc est, quòd charitatis mandatū iam inde à iuuentute seruaueris, ac tantū vnicuique, quantum tibi, reddideris,

**A** deris, unde tibi hæc diuitiarum copia? Studium enim erga pauperes hanc vim habet, ut diuitias exhauriat.

Quidnam vobis, o mortales, accidit? Quis vobis ea, quæ vestra sunt, in perniciem vestram conuertit? Ad vitæ subsidium, an ad vitiorum materiam & adiumentum opes datae sunt? Ad animæ redemptionem, an ad exitij occasionem? Vide ne cum opes innumeris laboribus cumulaueris, peccatorum materiam aliis compares, sicque duplicem poenam tibi accersuisse comperiaris, nempe tum ob eos, quibus abs te iniuria illata est, tum ob eos, quibus vitiorum ansam ac viaticum ministrasti.

**B** Quiduis aurum cernis, quiduis aurum tibi animo fingis. Hoc dormiens somnias, hoc vigilans cogitas. Ut enim ij, quibus furor rationis usum ademit, non res ipsas cernunt, sed ea, quæ morbus obicit, imaginantur: sic animus tuus auaritia correptus, quidlibet aurum, quidlibet argentum intuetur. Ac lubentius aurum, quam Solem, conspexeris.

Pisces magna ex parte sese inuicem vorant, ac qui apud eos minor est, maioris præda & pabulum est. Quod si casus ita tulerit, ut qui minorem arripuerit, alterius præda sit, in vnum eundemque postremi ventrem uterque ducitur. Quid igitur nos homines aliud agimus, cum inferiores opprimimus? Quid inter hunc postremum piscem, & cum hominè interest, qui infatigabili opum cupiditate correptus, vastissimo auaritia sinu imbecilles includit? Ille pauperis facultates occupabat: tu rursus arreptas ipsius opes ad tuas adiunxisti, atque iniquo iniquiorem, & auaro auariorem te præbuiisti. Vide ne idem te finis maneat, hoc est hamus fortasse, vel piscatorium vas, aut rete. Prorsus enim nos quoque, cum per multa iniustitiæ genera grassati fuerimus, vltimam poenam non effugiemus.

**C** Qui opes iniquis rationibus collectas firmum sibi ad robur ac potentiam subsidium esse putat, similis est egroti, qui in morbi abundantia & grauitate sanitatem constituit.

Cum quempiam eorum, qui amplissimis opibus præditi sunt, videris, ne vitam ipsius beatam prædices. Si undecumque tanquam ex vberissimis fontibus pecuniæ circumfluant, ne ipsius opes & copias amplectaris. Fluxa diuitiarum natura est, torrente rapidius dominos suos præterit: alios atque alios subinde permutare solet. Quemadmodum enim flumen è sublimi cum impetu ruens, ad eos quidem, qui in ripa sunt, appropinquat, simulatque autem eos contigerit, statim abscedit: sic etiam opum copia celerrimam ac lubricam præsentiam habet, ut potè natura ita comparata, ut alios atque alios subinde commutet.

**D** Hodie hic ager huius est: crastino die alterius, ac paulò post item alius. Vrbis ades conspice. Quot iam nomina, ex quo tempore structa sunt, immutarunt, ut potè aliàs ab alio domino nuncupata? Eodem modo aurum quoque per domini manus semper fluens, ad alterum transit, atque ab illo rursus ad alterum. Facilius aquam manu cõprehensam retinere queas, quam diuitias perpetuò tibi conseruare.

Accesit ad me pauper: at frustra tamen.

Christe extimesco, ne tuam quærens opem,

Abeam vicissim, prorsus abs te nil ferens.

Nam quod negat quis alteri, frustra petit.

Ne diuitias eas ames, quæ pauperibus opem non ferunt.

Ne diuitias nostras alienis lachrimis admisceamus, à quibus tanquam à rubigine tinea consumentur, vel, ut Scripturæ verbum vsurpem, euomentur.

**E** Mali huiusce causam agnoscamus. Cur segetes siccitate affectæ sunt? horrea confusa sunt, pascua ouium defecerunt? extenuata sunt speciosa terræ? campi non pinguedine, sed plangenti mœrore perfusi sunt? Valles, non frumento abundarunt, sed comploratae sunt? montes nobis, quemadmodum iustis viris, dulcedinem non stillarunt, sed ornatum suum exuerunt, atque contempti sunt, ac montium Gelboë maledictionem in contrarium acceperunt? Tales nimis rùm impiorum diuitiæ sunt: tales malè seminantium messes. Vnde hæc tandem? & quæ nobis causa calamitatem hanc inuexit? Alius nostrum pauperem oppressit, terræque partem aliquam interuertit, limitemque sceleratè, vel furto, vel aperta vi transgressus est, domumque domui, & agrum agro adiunxit, ut proximo aliquid extorqueat: pertinacique animo in hoc incubuit, ut vicinum nullum haberet, perinde ac solus habitaturus in terra. Alius vsuris & augmentis terram fœdauit, colligens vbi sementem non fecit, ac metens vbi non

Auaritia  
amentia.

Hom. su-  
per illud  
Euang.  
Destrua  
horrea  
mea.

Hom. 7.  
Hexam.  
Auari  
piscibus se  
miles.

Auarus  
egroti si-  
milis.

Hom. in  
psal. 61.

Simile.

Nat. in  
Tetrast.

Orat. de  
paup. a-  
mor.

Orat. in  
plagam  
grand.  
psal. 64.

2. Reg. 1.  
Calami-  
tatu cau-  
sa.

Esa. 5.

Mat. 23.

- sparsit, non ex agrorum cultu, sed ex pauperum egestate ac penuria facultates suas augens. **B**  
 Alius aræ torcularisque primitiis Deum, cuius munere omnia habuerat, defraudauit, si-  
 mulque & beneficij immemorem se esse, & stultum ostendit, non modò pro iis, qui bus frue-  
 batur, gratias nullas agens, sed ne hoc quidem, si nihil aliud, molies, ut gratitudine sua li-  
 beralitatem Dei sibi in futurum acquireret. Alius nec viduam nec orphanum miseratus  
 est, nec panem cibumque exiguum pauperi, vel Christo potiùs, qui per illos vel parçe nu-  
 tritos alitur, impertit, isque etiam fortasse, qui multis opibus, & quidè præter spem frui-  
 tur (nam hoc longè iniustissimum est) quique in multis horreis angustia laborat, eaq; par-  
 tim implet, partim euertit, ut futuris fructib<sup>9</sup> maiora extruat, illud ignoràs fore, ut prius-  
 quam spei sua conu<sup>er</sup>sus, morte abripiatur, rationemque reddendam habeat tum vbertatis  
 & copiam, tum vanæ animi cogitationis, ut qui aliena bona malè dispensarit. Alius Viam **G**  
 Amos. 5. humilium inflexit, & iustum iniustis rationibus transuersum egit. Alius in portis corri-  
 Abac. 1. pientem odio habuit, piùmque sermonem execratus est. Alius reti suo multa colligenti im-  
 molauit, pauperisque prædam domi habuit, aut Dei memoriam ex animo eiecit, aut certè  
 Zach. 11. illius malè recordatus est, dicens: Benedictus Dominus, quoniam diuites facti sumus: opesq;  
 ipsius beneficio se consecutum iniquè existimauit, à quo pœnis quoque afficietur. Ob eas ete-  
 nim causas venit ira Dei in filios cõtumaces. Ob eas causas vel clauditur cœlum, vel per-  
 nichiose aperitur: ego magis, si nec plagis quidem cæsi, respiciamus, nec ad eum, qui natura  
 sua ad nos appropinquat, accedamus. Quid ad hæc dicemus, qui frumentum emerçamus, for-  
 didumque postea quæstum ex eiusdem venditione captamus, temporumq; difficultates ob-  
 seruamus, ut opibus affluamus, & alienis calamitatibus insultemus, atque, non ut Ioseph  
 Aegyptiorum facultates dispensationis maioris causa (vtrumque enim pulchrè norat, ni- **H**  
 mirum rem frumentariã & aceruare & partiri) sed, ut impij & nefarij homines, popu-  
 larium nostrorum bona comparemus? Qui dicimus, Quando transibit mēsis, ut rerum pre-  
 tia augeamus: & Sabbatha, ut thesauros aperiamus? Qui duplici mēsurâ ac statera aequi-  
 tatem euertimus, ac plumbeã iniquitatis mensuram ad nos ipsos deprimimus. Quid ad hæc  
 Zach. 5. dicemus, qui quarendarum opum nec finem nec modum vllum nouimus? qui aurum & ar-  
 gentum, non secus atque illi olim Baal & Astarthen, & execrandum simulachrum Cha-  
 mos, adoramus? qui gemmarum luxus & splendores consecramur, vestesque molles & dif-  
 fluentes, quæ à tineis absumentur, & latronibus ac tyrannis furib<sup>9</sup>que reconduntur? qui  
 seruorum & quadrupedum gregibus gestimus, qui latifundiis montib<sup>9</sup>que dilatamur, &  
 alia iam habemus, alia adingimus, alia primo quoque tempore adepturi sumus, instar illius **I**  
 Pro. 30. apud Salomonem sanguisugæ, cuius auditas expleri nequit, quemadmodum nec inferni,  
 nec terra, nec aquæ, nouumque orbè, quem possideamus, quærimus, ac Dei terminis succen-  
 semus, ut minoribus, quàm cupiditas nostra inexplibilisque auaritia postulet? Iam verò,  
 quid dicturi sunt, qui sublimibus thronis insident, imperiij; laruâ attollunt, superciliumq;  
 theatris ipsis sublimius: nec principem omnium, nec inaccessum illud verè regni fastigiũ  
 animo perpendunt, ut subditis tanquam conseruis suis imperent, qui eadem clementia opus  
 Amos. 6. habent? Iam eos quoque mihi cõsidera, quos diuinus Amos egregiè perstringit, qui in ebur-  
 neis lectis lasciuunt, primæque bonitatis vnguentis perfunduntur, atque ad musicorum in-  
 strumentorum sonos applaudunt, reb<sup>9</sup>que fugiētibus ut firmis & stabilibus addicti sunt,  
 nec Iosephi calamitate afflictaque fortuna quicquam commouentur.  
 Nilus. Dignam semente messem facis. Acerbitatem seminasti: manipulos collige. Inhumani- **K**  
 tatem coluisti: habe quod amasti. Misericordiam fugisti: misericordia te fugiet. Pauperem  
 execratus es: execrabitur te ille, qui nostræ salutis causa paupertatem subiit.  
 Nulla vngquam lucri satietas oritur: verum id quod semper assumitur, plura concupi-  
 scendi materia & fomes efficitur.  
 Chrys. Pauperes ne repellas. Ingreditur pauper in ædes tuas stipem quærens: & duas horas fru-  
 strâ insumit. Quinetiam interdum famulo, ut eum domo extrudat, imperas. Non Christi  
 dicentem audisti, In quacumque domum intraueritis, dicite, Pax huic domui? Et si fuerit  
 domus illa digna pace, requiescet super eam pax vestra. Sin autem, excutite etiã puluerem  
 pedum vestrorum. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorũ  
 in die iudicij, quàm domui illi. Ingreditur pauper in domum tuam, & seruo, ut eum foras  
 proiciat,

**A** proiciat negotium das. An illud ignoras, quod si pauperem excluseris, Christum propulsi-  
sti? Ipsius enim hæc vox est, Quicquid vni ex his fratribus meis fecistis, mihi fecistis. Vi-  
desne quemadmodum si pauperem contumelia affeceris, Christo ignominiam intulisti? Hæc  
dico, nec unquam dicere desinam. Mihi quidem loqui non pigrum: vobis autem tutum. Fi-  
nem vos erudiendi non ante faciam, quam vos meliores effectos esse conspexero. Pauperem  
vides, nec eius te miseret? Qua fronte in Ecclesiam ingrederis, ac vota facis? Qua fronte  
os tuum aperis, ac Dei opem imploras? Non times? non tremis? non perhorrescis? Precationis  
ergo in Ecclesiam ingrederis? Fac elemosynam, ut precatio tua subscribatur. Interdum qui-  
dam supplicem libellum imperatori offerunt, ac ducentos aut trecentos numos aureos in-  
munt, & tamen persæpe res illis ex sententia neutiquam succedit, sed eorum supplex li-  
bellus tanquam vile aliquod legumen retinetur. Et tu duos obolos impendere recusas, ut  
supplicatio tua subscribatur? Et quidem hic terrenus imperator subscribit: acciditque etiam  
haud raro, ut contra quam optas, subscribat. At si rex ille regum subscripserit, rata ac fir-  
ma est. An non vides duobus obolis viduam hoc emisse, ut petitio sua subscriberetur? Ac  
proinde duo pocula ante Ecclesie fores sunt, alterum aquæ, in quo manus abluuntur, alte-  
rum pauperis manus, in quo animæ labe absterguntur. Ingredieris in Ecclesiam, ac manus  
tuas abluis: iniice in pauperis manus obolum: & animæ maculas absterferis. Si ingressus  
fueris, & manus laueris, & oraueris, nec tamē pauperi dederis, quidnam utilitatis ex hac  
re ad te redibit? Opes habes, easque humi occultas, ac nonnunquam fures noctu veniunt, the-  
saurumque effodiunt & surripiunt. Ac manē exurgis, eumque surreptum cernis. Vis opes  
tuas minime tibi furto subduci? Quod dicam facito. Eas in pauperum ventrem abde: & nun-  
quam compilari poterunt. Nam si in terram defoderis, eas amittes. Quod si non amiseris,  
servabuntur illæ quidem: at cum post discessum è vita iis cariturus sis, quid tandē tibi pro-  
futuræ sunt? Quid cumulandis divitiis te fatigas, & alij in bona ingredientur, luxuque ac  
deliciis disfluent? An non Prophetam dicentem audisti, Theaurizat dives, & ignorat  
cui congregavit ea? Et alio loco rursus ait, Inspiciens & stultus peribunt, & relinquet alie-  
nis divitias suas. Vidēsne quid iis accidat, qui in terra theaurizant? Fac igitur in cælo the-  
saurizes, ubi nec tinea demolitur, nec vermis deuorat, nec fur effodit. O miser & calami-  
tose, terræ thesaurum tuum credis, & Deo non credis, dicenti, Quod vni ex fratribus meis  
fecistis, mihi fecistis? Quam tandem veniam obtinebis? Aurum amas, quod crudele ac san-  
guinariū est, quod ab omnibus expetitur, & omnibus inimicū & infestū est, quod ab om-  
nibus adamatur, & omnibus insidias struit, aurum, inquā fugitivum & ingratiū seruum?  
An te fugit cuiusmodi sint opes? Meretrici nimirum perfrectæ frōtis similes sunt, quæ nūc  
cum hoc consuetudinem habet, nunc ad illū propendet, ac deinde alij sese adiungit. Quidnam  
quæso es, homo? Hodie princeps, & cras subditus: hodie dives, & cras inops. Hodie ius di-  
cis, & cras iudicium subis. An non vitæ huiusce inconstantia perspicis? Nōne umbra in-  
star præterit? Nōne fumo vilior est? Nōne sicut aranea meditatatur? Non desinā vos doce-  
re, siue faciatis, siue non faciatis. Scriptum est enim, Loquere in aures audientium. Inobedi-  
tia mortem parit. Viduam illā, quæ duos obolos dedit, vobis imitandam proponite. Videte  
quoniam pacto hac ratione iustitia laudē consecuta est. Duos obolos non habes? Vnum da. Si  
ne vnum quidem, da quod habes: Da vel panem. Ingemisce saltem, cum pauperem vidisti.  
& oratio tua grata & accepta erit. Qui enim cordis vniuscuiusque abscondita nouit, qui  
omnia scit antequam orientur, exploratum habet te daturum fuisse, si haberes. Cor enim  
scrutatur, ac nouit. Homo enim videt in faciem: Deus autem intuetur cor.  
Quid incassum laboras, o dives, quæ pauperum sunt, in thesauris tuis occultans? Quid,  
cum ipsi à te petunt, stomacharis, tanquam de tuo insumens? Paterna volunt, non tua: ea,  
quæ tibi sua causa concessa sunt, non quæ tecum orta sunt. Accepisti? Tribue: ex usu quæ-  
stum tibi concilia. Abundē tibi est, quod non accipere, sed dare iuberis.  
Huius sunt rapinæ: aliorū voluptates. Huius maledictiones: aliorū cultus atque obsequia.  
Aversus eum gemitus: apud alios incrementa. Aversus eū lachrimæ: apud alios diuitiæ.  
Ipse in inferno excruciat: & alij persæpe in ipsius bonis luxui cantibusque indulgent.  
Quid tandem est, quod leones, & ursi, ac pardi, in medijs vrbibus copiosè ac magni-  
ficè pascuntur, pauper autem tabidus humi reptit? Ac leo blandè fonetur, & publicanum

carinum nidorem eructat: pauper autem fame conficitur? Quod si huiusce quoque rei causam scisciter, magis etiam erubescam. Leonum enim dentes nos, qui homines sumus, in hominum perniciem acuimus.

Ne mihi hoc dixeris, Paupertatem metuo. Paupertatem metuis, & peccatum non extimescis? Paupertatem ne reformides: sed iniquitatem, poenæ parentem. Dominus si pem poscit, & repulsam fert. Nam cum eum dicentem audis, Quod vni ex fratribus meis fecistis, mihi fecistis, hinc scilicet vides, quod si pauperi dederis, Christo tribuis. Quocirca, nisi ipse des, quam fronte in illa die ab eo petes, ut tui misereatur? An non hoc tibi obiiciet: Esurientem me vidisti, nec aluisti: sitientem me vidisti, nec potum dedisti: nudum me vidisti, nec induisti? Quid tandem ipsi dicturus es? aut quam veniam obtinebis? Tu sericis, & leporinis, & caprimis indueris: pauper autem ne pannos quidem habet. Tu phasianis, & anseribus, aliisque omnis generis esculentis vesceris: & pauper ventrem suum pane satiare nequit. Tu parietes aureis laquearibus insignes, & varia marmora Lacedæmonia, & columnas, & columnarum fastigia aurea habes: & pauper integumento caret. Atque interdum etiam domum ex rapina & fraude habes, ac tu quidem diem extremum claudis, atque omnibus rebus destitutus abscedis: domus autem tua manet, quæ te perpetuò accuset, ac flagitia tua coarguat. Quilibet enim, dum eam pertransit, dicturus est: Hæc domus raptoris erat, atque auari. Et enim viduas afflixit? Quot pupillos fecit? Quot bona rapuit? Quot pauperes fraudauit? Nec mihi dicas, Consul sum, Præfectus sum. Dignitatem non agnosco. Opes non insector: sed eos qui opibus male vsi sunt. Non enim mala sunt diuitiæ. Omnia quippe, quæ Deus fecit, valde bona sunt.

Propter opes libera elementa vendidimus. Viis veltigalia imponuntur, aquæ dominio premuntur, aer tributis subiicitur. Rabula & veltigalium præfecti ac publicani vrbes vexant. Diuites curis conficiuntur, sceneratores solitudine contabescunt, raptores humanam vitam perturbant, auari tribunalia terunt, scophantæ falsum vendunt, quæstus cupidus negotiatores ex aliorum calamitatibus commoda sua comparant: mutuo mentientes iusiurandum omne consumpsimus, Deum videlicet ad iurandum duntaxat noscentes. Terra iam tot malis gestandis impar est. Aer ad atherem vsque contaminatus est. Ac proinde omnibus nobis in malis prouolutis Propheta, vitam humanam parumpendens, ac veluti conspuens, ad hunc modum clamat: Veruntamen vanè conturbatur omnis homo viuens. Quid ais, Propheta? Solus homo turbatur? Sola rationis particeps natura reprehenditur? Nihilne aliud, quod perturbationi obnoxium sit, inter omnia animantia inuenisti? Certe, inquit, turbantur etiam aquæ: sed rursus tranquillitati restituntur. Commouetur terra: sed postea confirmatur. Mouentur venti: sed rursus conuiescunt. Tumultuantur feræ omnes: at satiata se se comescunt. Excitatur flamma: verum ubi subiectam materiam absumpsit, extinguitur. Homo verò, qui pecuniarum causa in perturbatione versatur, nunquam quiescit. Si hoc acceperit, ad illud oculos conicit. Si illud tenuerit: alius rursus inhiat. Centum conduplicare studet: conduplicata rursus decuplo maiora efficere contendit: atque his item alia totidem aggerere studet. Neque vnquam cumulandi finem facit, quoad ipsius vitæ finis cumulatæ fuerit. Noxæ capitalis damnato similis est, qui auaritiæ febre corripitur. Auaro pallidior obambulat, propter diuitias, quas in deliciis habet: diuitias inquam, incertum amicum, insidum contubernalem, insidiosum amicum, illusorem seruum, vnicè charum irrisorem, promptum migratorem, alatum captiuum: diuitias inquam, quæ omni nocturno spectro leniores sunt, quæ bella parunt, quæ spe omni celerius fugiunt: diuitias inquam, ventum, dum tenetur, auolantem: diuitias, luxus omnis ac nequitie parentes, intemperantiæ omnis ac libidinis patronas, vitij omnis inuentrices, exitiosarum omnium deliciarum adiutrices, continentiæ hostes, pudicitie inimicas, clandestinæ virtutis omnis fures. Verum quid diuitibus missis factis diuitias criminor? Imò verò ipse quoque diuitiæ iniuria afficiuntur, ut quæ vincitæ ab ipsis atque constrictæ teneantur. Atque adeo hanc quoque, ad eos vocem mihi oratio di-

mittere videntur: Quid nos, ô auari, coërcetis? Quid nos, tanquam fugitiuum mancipium, sexcentis vinculis cōstringitis? A metallis frustra nos in manus vestras trāsmittitis. Liceat nobis, quæso, per vos, vel tantillum lucem intueri. Sinite nos, vel tantillum ad pauperum manus migrare contendentes. At, inquit, Filiis thesaurum colligo, ne paupertatis meæ heredes

In iurando duntaxat Deus agnosci-

mus.

Psal. 38.

ais, Propheta?

Solus ho-

mo perpe-

tuo tur-

batur.

Cui simi-

lis sit auar-

rum.

Quid sint

diuitiæ.

oratio di-

uitiarum

ad auaros



**A** redes eos habeam. Recte scilicet diues, qui multa sibi animo fingit, praesentia nescit, & de futuris anxio & sollicito animo est. Suarum ipse rerum ignarus est: & filiorum res supplicat. Num sepultura donandus sit, ignorat: & de heredibus consultat. Stulte, finem tuum mihi commemora: ac tum filiis tuis caue. Dic mihi quae hodierno die futura sint: & tum de crastino tibi fidem adhibebo. Quid te ipsum etiam post mortem fallis? Quid mortuus hominum ludibriis patere vis? Quid Deo quae agenda sint, praescribis? Quid ipsius providentiae legem sancis? Haec cura, quae tibi data sunt. Quae post te futura sunt, ad te nihil attinent. Non potes simul & mortuus esse, & viventium procurator. Nemo unquam ex his, qui in inferno sunt, eorum, qui in terra degunt, tutor extitit. Vnus est & viuorum & mortuorum iudex, ac iuris vniuscuiusque ponderator. Thesaurizat, inquit Propheta, & ignorat cui congregat ea. Quid pauperes tanquam orphanos insectaris? Quid, cum ipsi aliquid abs te petunt, stomacharis, tanquam de tuo insumens? Paterna volunt, non tua: ea quae propter eos tuae fidei commissa sunt, non quae tecum nata sunt. Quae accepisti, da: & ex eorum usu fructum tibi concilia. Satis superque tibi esse debet, quod dare, non accipere iussus es. Satis superque, quod Deus per pauperem manum tibi protendit. Qui terram imbre perfundit, vis guttulas supplex a te petit. Qui tonat ac fulgurat, misericordiam tuam implorat. Qui nubibus caelum operit, viles pannos a te postulat. Satis tibi esse debet, quod pauperes tanquam Deum te rogant, atque obsecrant. Misericors miserere, miserator, te nec tui misereat. Tu vero supercilium attollis, ac vix vllis precibus inflecteris. Tribue ipsis quae sua sunt, antequam illic sis, vbi referendas rationes habes. Tribue ipsis quae sua sunt: patrem regem habent. Da ipsis quae sua sunt: & ab eorum patre animi statum ab omni cura & sollicitudine liberum accipe. Quae statum mihi narras? Quod vni ex his minimis fecistis, mihi fecistis. Qui enim miseretur pauperis, inquit Propheta, sceneratur Deo.

Videte diuitias, hunc inquam fugitiuum seruum: nec fugitiuum duntaxat, sed etiam homicidam. Neque enim dominos suos tantummodo deserit: sed etiam obruncat. Nulla qui prope ipsi fides inest. Diuitiae veneficae bestiae sunt. Cum tenentur fugiunt: cum sparguntur, remanent. Diapersit enim, inquit ille, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum *secu- psal. lxx.* li. Quocirca fac eas spargas, vt maneat. In caelis eas reconde, quod fur non appropinquat, nec timea demolitur. Vbi sunt qui ante nostram aetatem opibus abundauerunt? Obluione obruti sunt. Lubens quae rerum ex iis, qui vitam cum morte commutarunt, ac sciscitarer, vbi eorum opes sint, & militares copia, ac fulgentes gladij? Vbi argentea vasa, & lecti argentei, vbi famuli, vbi spadones, vbi amici, vbi domus? Quid diuitias contines, ex quibus necessario tempore nihil utilitatis capis? Hic ego diuites non exagito, sed eos qui diuitiis abutuntur. Non diuitem traduco, nec maledictis impeto, absit: sed raptorem. Aliud est diues, aliud raptor, aliud qui plus habendi cupiditate flagrat. Diuide res: nec ea iunge, quae nexum omnem respuunt. Diues es? Non impedio, nec inuideo. Aliena rapis? Hoc reprehendo. Habes quae tua sunt? His frue. Aliena sumis? Non sileo, sed clamo. Vis me lapidibus incessere? Paratus sum. Vis mihi caput amputare? Non recuso. Promptum est mihi sanguine profundere: modo peccatum tuum lucrifaciam, illudque a te submoueam, quandoquidem perniciem tibi affert. Vnum hoc mihi duntaxat cura est, nempe audicium profectus. Et pauperes filij mei sunt, & item filij mei diuites. Idem enim venter ambos parturiiuit: iidem dolores, iidem cruciatus ambos pepererunt. Si pauperem circumscribis, reprehendo, vicemque etiam tuam magis doleo, quam pauperis. Pauper enim haud ita magnam iniuriam accipit. Quid enim ei eripere potes, si pecuniis careat? Tu vero anima ipse tuae detrimentum affers, cum quae ipsius sunt, extorques.

Quousque pecuniae? Quousque argentea supellex? Quousque famulorum assentationes? Quousque vini effusum? Quousque coronata pocula? Quousque Satanae conuiuia, ac diabolico afflatu referta? An te fugit praesentem vitam nihil aliud quam viam esse? An es nescius nos hic peregrinari? Num enim hic ciuis es, ac non potius viator? Ciues utique non sumus, sed viatores. Ne dixeris, Hanc ciuitatem habeo. Nihil hic habes. Ciuitas nostra sursum est. Praesentia nihil sunt. Iter sunt praesentia. Quotidie iter facimus. Natura currit. Ecquis est, qui dum iter facit, domum extruat? Ecquis est, qui dum iter facit, pecunias recondat? Cum ambulas, atque in diuersorum ingrederis, an diuersorum exornas & con-

*Diuersorium est hac vita.* struis, ac non potius edis ac bibis, atque exire festinas? Diuersorium igitur hæc vita est: **F** sic ingressi sumus, ac diuersamur in hac vita. Studeamus cum spe lata hinc excedere. Nihil hic relinquamus, ne perdamus. Cum in hospitium ingrederis, dicis: Fac nobis quæ primùm cæna paratur, nam de nocte iter facturi sumus. Atque item etiam famulo: Vestes nostras tutò colloca, nec quicquam obliuiscere, ne quid nobis pereat, sed omnia in domum inferamus. Eodem modo nos quoque vitam hanc tanquam hospitium intueamur. Nil hic, hoc est in hospitio, relinquamus. Omnia in metropolim nobiscum efferamus. Viator es: atque adeo Viatore quouis vilior. Quoniam pacto istud dico? Viator, quo tempore in hospitium ingreditur, compertum habet: atque item, quo tempore hinc excessurus sit, exploratum. Ego verò in natiuitate vitæ hospitium ingredior, nec quando exiturus sim, scio. Interdum etiam longi temporis alimenta paro: & Dominus meus confestim me accersit, atque: **G** Stulte, quæ parasti, cuius erunt? Hac enim nocte anima tua tibi auferetur. Incertus noster exitus est, incerta possessio, insidiosus fructus, sexcenta præcipitia, undique fluctus. Quid circa umbras immoraris, ac tumultus tibi ipsi cies? Quid relicta veritate ad umbram curris? Opes odio habe: ac vitam tuam ama. Vita huius mala abiice, ut futura vitæ bona consequaris. Quod autem dico, est huiusmodi. Ne pauperem diripias, ne propinqui bona concupiscas, ne viduam spolies, pupillo facultates ne extorqueas, pauperis domum ne extorqueas. Si quem conscientia reprehendit, hic in culpa est. Quid pauperem diripis? Quid, ubi liuor & dira imprecationes sunt, rapis? Illic rape, ubi immortalitatis corona est. Nec terrena, nec terram, sed cælum rape. Regnum enim cælorum, inquit Christus, vim patitur, & violenti rapiunt illud. Pauperem rapis: eum, qui Deum in perniciem tuam conuenit, ac noctu diuque clamat, rapis. Christum rape, qui hoc nomine te laudat. Si terrenum imperium inuadere in animum induxeris, ac studueris, poena te afficit: cæleste autem nisi rapueris, tunc grauius te excruciat.

*Luc. 12.* Lucernam in Ecclesia accendis? Verum ingreditur pauper abs te latus, ac per lachrymas aduersum te apud Deum intercedens, lucernam tuam extinguit. Panem pauperi dedisti? At grex bouum & ouium tuarum integram pauperis messem depastus est. Ne id agas, ut pro multis iniuriis pauca beneficia rependas. Ne proximo tuo iniuriam inferas, ne pupillum pugnis contundas, ne viduam opprimas, ne vicino inuideas.

*Mat. 11.* Qui diuitiis præstantiores sibi ob oculos proponit, præsentium facultatum sensu nunquam affici poterit. Verbi gratia: Qui centum aureos habet, si alterum vidit, qui ducentos habeat, nihil se habere confabit: utpote quem maiorum opum cupiditas stimulet. Quod si hos quoque acceperit, ne sic quidem cupiditati suæ finem constituet: ut qui plura alia expectat. Ita fit, ut eorum, quæ nodum adeptus est, cupiditas perpetuò ipsi negotium facessens, voluptatem eam, quam partæ iam opes afferre poterant, apparere non sinat.

*Diuitum miseria.* Lubrica ac periculosa diuitibus vita est, ac difficilis mutatio. Nec verò hoc mihi dixeris, Seruorum gregibus stipatur, ac multa terræ ingera possidet, qui diues est. Primum enim grauis illi censura erit, quippe qui opum omnium rationem referendam habeat. Neque enim eas, ut tantum fruere, accepit: sed ut aliis quoque utilitati esset. Deinde ex hac diuitiarum copia nihil amplius ad eum redit, quam curæ & sollicitudines, & quotidianæ iracundiæ atque indignationes, ac perpetuæ perturbationes & tumultus, in quibus versatur. Ipse enim sexcentos ventres implere necesse habet: pauper autem unum dimtaxat. Quinctiam uterque unicum tantum ventrem, atque unicum corpus curat: at hic sine metu ac sollicitudine, ille autem cum tremore, & insidiarum metu, atque ita denique, ut sexcentorum hominum opera indigeat, qui rerum procuracionem vnâ cum ipso suscipiant. Quæ cum ita sint, non id perspice, an ingentes opes habeat, sed illud demum, an ex hac ingenti copia quicquam amplius ad eum redeat.

Qui molliter & delicate vixit, ac rebus huius vitæ totum se affixit, cum ab iis abstrahitur ac disjungitur, grauius discruciat, magisque ingemiscit ac lamentatur. At pauper non item: Verum, ut qui superiori tempore multum diuque philosophatus sit, non pari cum animi mœrore mortem suscipiet. Ac proinde ipsa, tum præsens, tum in expectatione posita, maiorem illi, quam huic terrorem incutit.

*Cyrilli.* Sane is, qui ladtur, præ mœstitia quidem incenditur: cum autem acceptam iniuriam

Ulcisci

A *Ulcisci ac regerere nequeat, interdum ob eam causam diuina iustitia aculeum in subsidium vocat.*

*Nemo est facinorosorum, qui non id quod iustum est, malum esse arbitretur.* Maximi.

*Vende quæ habes. Quid est, quamobrem non prompto animo quidam hoc suscipiant, vt Clementis facultates suas abijciant, affectumque erga eas atque immodicam cupiditatem, vigilias in ijs augendis, morbum, curas, spinas vitæ, quæ vitæ semen prefocant?*

*Magnum ad virtutem impedimentum affert præposterus erga res huius mundi affectus, Nili. ac sæpe tum corpori, tum animæ perniciem inuehit. Quid enim Naboth Israelitam in exitum coniecit? Nonne inuidiosa vinea mortem ei accersuit, vt quæ vicinam Achæ ad ipsius eadem excitarit? Quid autem duas tribus & dimidiam vnus impulit, vt extra 3. Reg. 21. Num. 32.*

B *promissionis terræ subsisterent? An non pecorum ac iumentorum multitudo? Quid etiam Lothum ab Abrahamo disunxit? An non armentorum ingens numerus, perpetua inter pastores iurgia mouens, quoad eos prorsus à se inuicem auulsit? Genes. 13.*

*Nulla est tam nefaria via, quæ non quæstus causa ineat.*

*Fortasse non animum adieciisti ad eam sententiam, quam quidam aptè ad hunc modum Iosephi extulit, Ne festines diues esse, ne statim in paupertatem incidas.*

*Homimbus illis, qui auaritiæ ac parsimoniæ ad extremum vsque colunt, multas diuina prouidentia detrimentorum occasiones asserre consuevit.*

*Diuitiarum pulchritudo non in crumenis, sed in pauperum egestate subleuanda posita est.* Philo.

C *Nihil omnino tibi studio est, non præclara vita, non recta doctrina, non oppressorum cura, non quicquam aliud præter hoc vnu, quod pecunias amas, in votis habes, ac colligis.* Nili.

*De operibus & actionibus: & quòd qualia quispiam facit, talia etiam sustineat: & quòd operibus nostris merces quoque apud Deum respondeat.*

CAP. XVIII.



*VI irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum, sicut fecit, sic fiet ei: fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. Qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur.* Leuit. 24.

*Fugit Adoni-bezec: quem persecuti cõprehenderunt cæsis summitatibus manuum ac pedum eius. Dixitque Adoni-bezec: Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus.* Iudic. 1.

*Qui seminant mala, dolores sibi ipsis metent. Reddatur ei quæ fecit: inania inanibus euentura sunt.* Iob. 4.

*Retributio laborum eius dabitur ei. Comedent fructus viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur. Auersio paruulorum interficiet eos. Qui facit bona, quærit gratiam: quærentem autem mala, comprehendent eum.* Pro. 12. 1.

E *Qui feminat mala, metet ea: & vanitatem operum suorum consummabit.*

*Date ei de fructibus manuum suarum.*

*Sicut fecisti, sic fiet tibi: retributionem tuam conuertet in caput tuum.* Abdiæ. 1.

*Fœtus operum suorum comedent. Væ iniquo: secundum opera manuum ipsius dabitur ei.* Esa. 3.

*Ego Dominus probans corda, & scrutans renes: vt dem vnique secundum vias suas, & secundum fructus adinventionum suarum.* Hier. 17.

*Sicut fecit, facite illi. Secundum vias eorum faciam ipsis, & secundum iudicia eorum iudicabo eos: & cognoscent quia ego Dominus.* Ezech. 24.

*Per quæ quis peccat, per hæc & punitur. Qui sanctitatem seruauerint, iustificabuntur.* Sap. 11.

D. IOANN. DAMASCENI

- Ecll.* 7. Noli facere mala, & non te apprehendent. Abscede ab iniusto, & declina à peccato. Bona bonis creata sunt ab initio, & eodem modo peccatoribus mala. Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui statuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo.
- Mat.* 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimitte, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Mensuram bonam, & plenam, & coaceruatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Quae enim mensura mensi fueritis, remetietur vobis.
- Gal.* 6. Nolite errare: Deus non irridetur. Quae enim seminauerit homo, hæc & metet. Quia qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.
- Eph.* 6. Vnusquisque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, siue seruus, siue liber.

*Basil.* Bona est spes misericordiae. Etenim potestas Dei est, & tibi Domine misericordia: quia tu reddes unicuique iuxta opera sua.

*Mar.* 4. Quae mensura mensi fueritis, inquit, eadem etiam remetietur vobis. Fratrem oppressisti? Idem expecta. Fratrum bona eripuisti? Pauperes pugnis contudisti? maledictus proscidisti? calumniis aspersisti? falsis sermonibus lesisti? alienis lectis insidias comparasti? peierasti? patrum terminos transulisti? in pupillarum bona inuasisti? viduas oppressisti? presentem voluptatem bonis in pollicitatione reconditis potiozem habuisti? Pares vices expecta. Qualia enim quisque seminat, eadem & metet. Eodem modo si quid à te boni factum est, huius quoque verem & amplam expecta mercedem.

*Cyrilli.* Iustum Dei iudicium affectionibus nostris exaequatur. Et qualia sunt quae gessimus, talia nobis rependuntur. Neesse est enim id quæque metere, quod seminauit: neque aliter fieri potest. Semen porro est humana voluntas, animique inductio: messis autem merces ea, quae huic animi inductioni persoluitur.

Dignam semente messem facis. Acerbitatem & crudelitatem seminasti? Manipulos collige.

De felicitate & infelicitate: & quod nec ob prosperos successus quisquam animis efferrî debeat, nec ob aduersos demitti. CAP. XIX. I

*Pro.* 30.



*Ecll.* 11.  
18.

2.

ENDICITATEM & diuitias ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis est Dominus? aut egestate compulsus, furer, & periurem nomen Dei mei.

In die bonorum ne sis immemor bonorum: & in die malorum ne sis immemor bonorum. Memento paupertatis in tempore abundantiae: & necessitatem paupertatis in die diuitiarum.

A manè vsque ad vesperam immutabitur tempus: & hæc omnia citata in manu Dei. Homo enim sapiens in omnibus metuit. In bonis viri inimici eius in mœrore sunt: & in malis eius amicus quoque ab eo separabitur. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humilitationis.

*Basil.* in  
princ. Pro-  
uerb.  
Rerū hu-  
manarū  
varietas.

Gubernatore homini opus est, ut & tranquillis huiusce vitæ rebus atque ad ipsius voluntatem fluentibus, mutationes expectet, ac non in presentibus rebus, tanquam si immortales essent, acquiescat: rursus in aduersis rebus animum non despondeat, nimiaque tristitia absorptus, pessum eat. Nam nec corporis sanitas, nec iuuenilis ætatis flos, nec domus opes atque copia, nec denique reliqua vitæ felicitas diuturna est. Verum in vitæ huiusce serenitate rerum quoque tempestatem expecta. Veniet enim morbus, veniet paupertas, non semper

**A** *semper ad puppim stante vento. Quin illustrem quoque in omnibus rebus ac suscipiendum virum inopinatae per sepe ignominiae occupant, atque omnem vitae prosperitatem tanquam scopuli quidam per insperatas rerum acerbitates infringunt. Atque continua calamitatum series speciem quadam fluctuum praebet, ut quae alia super alias excitentur, ac vitam tuam exasperent, horrendamque tibi tempestatem accersant. Videbis etiam quandoque haec praeterire, ac vitam ad hilaritatem & miram tranquillitatem immutari. Quocirca is demum prudens gubernator est, qui subiectae naturae euentus scite & considerate tractat, sui-que semper similis perstat, nec in laetis ac secundis rebus animos attollens, nec in calamitatibus concidens.*

**B** *Minime aequum est morbum & paupertatem, ignominiam ac mortem, caeteraque omnia, quae molesta hominibus sunt, in malorum numero collocare: quandoquidem nec ea, quae cum his pugnant, inter summa bona numeramus. Etenim ea partim a natura manant: partim, ut cernere est, ad utilitatem permultis accidunt.*

*Sursum oculos attollamus fratres. In omni tempore atque omni rerum statu bonam spem praefereamus. Sic nos comparemus, ut nec in rebus secundis metum, nec in aduersis spem abijciamus. Memores simus, tum tempestatis in tranquillitate, tum gubernatoris in tempestate: ac non in calamitatibus frangamur & debilemur, nec seruos malos nos praebeamus, bene de nobis merenti Domino confidentes, ad eundem autem, cum ab eo castigamur, nos ipsos non adiungentes: cum tamen praestabilior aliquando sanitate morbus sit, & submonitio remissione, & visitatio incuria, & animaduersio venia.*

**C** *Nec propter calamitates animos demittamus, nec propter saturitatem in insolentiam prorruamus.*

*Nec sanitatem omnem admiremur: nec morbum aspernemur: nec diuitiis affluentibus animum adijciamus: nec paupertatem, tanquam aliquid detestandum & condemnatione dignum, diuinique odij argumentum insectemur. Verum & stolidam sanitatem aspernari sciamus, cuius fructus peccatum est: & piuum morbum honore complecti: eorum scilicet auctoritate commoti, qui per morbum & dolorem victoriam adepti sunt.*

*Nec in maerore atque calamitate prosperitatem despera, nec in secundo rerum statu maerorem. Annus vnus quatuor temporum vicissitudines fert: atque item vnicuius horae momentum multas rerum mutationes.*

*Quandiu secundo vento nauigas, naufragium time. Ita fiet, ut adhibito in auxilium*

**D** *metu, a naufragio tutior sis.*

*Ne te ante iactes, quam sit in portu ratis.*

*Peviere multi, iam propinque littori:*

*Vado appulere, turbine acti, plurimi.*

*Mala exprobrare nemini, certa est salus.*

*Nec dolor consolatione, nec prosperitas disciplina careat.*

*Vento fauente turbinis fac sis memor.*

*Nunquam secundis cursibus sis insolens.*

*(Sentire supra nam caduca conuenit.)*

*Ne forte in altum dura me tollat Via,*

*Te prona contra voluat in praecip. meos*

*Casus sinistro praefero letis tuis.*

*Propone binos, si lubet, boues tibi,*

*Quorum alter ingens pingueat multo cibo,*

*Caputque in altum tollat: alter corpore*

*Rugis arato, quodque humi propendat,*

*Det signa culti plurimos annos soli:*

*Vt ille caedem pinguis ad certissimam*

*Seruetur, hic se nutriat, suumque herum.*

*Ex his duobus dic vter felicior?*

*An non labor quem reddidit macrum iugi?*

*Opes at ampla te iuant, quamuis mala;*

*Ora. in  
sanct. Ba-  
ptis.  
In Tetrastr*

*In Iamb.*

**E**

Diuites hydropicissimi.

Malisque parta sint modis, atque artibus.  
 Quid? An tumorum comprobas hydropici?  
 Fortemne censes, quem grauis furor tenet?  
 An, dulce quod est, pharmacum certam parit  
 Prorsus salutem? Non amarum poculum  
 Persepe morbum depulit longissime:  
 Dulcique contra sepius creuit dolor?  
 Vt ut ergo clauum prepotens vertat Deus,  
 Aequa ferendum mente, donec is meam  
 Tandem quietum ducat in littus ratem.

Chryf. Sepultura, & corruptio, & puluis, huiusce vite felicitatem claudunt.

Clemens. Danda est hominibus opera, ut nec bonis illis preposterè sese addicant, nec mala odio habeant & auersentur: verum vtrisque superiores se praebeant: sic nimirum, ut mala proterant, bona autem sua ad egentes transmittant.

Na. Deus hac de causa meo quidem iudicio res aduersas & secundas inter se neclit, ut nec molestia consolatione careat, nec lætitia disciplina sit expers: atque ut perspecta vtriusque varietate & inconstantia, ad ipsam vnum oculos emuertamus.

Turpe est nos in rebus lætis ac prosperis diuinas laudes predicare, in sinistris autem ac molestis conticere. Imò verò tum ampliores quoque gratias agere debemus, illud videlicet exploratum habentes, quòd quem Deus amat, castigat, & flagellat omnem filium quem recipit.

Chryf. Gloria finem tumultus excepturus est.

Iosephus. Quemadmodum ineptorum hominū est rebus secundis immodicè efferrī: sic etiam ignouorum est aduersis consternari. Celer enim in vtrisque mutatio est.

Nilus. Quemadmodum lucis proprium est splendorem afferre: sic etiam Dei, misericordiam rebus a se conditis impertire. Misericors enim ac miserator est Dominus, ut inquit David. Quamobrem ita te compara, ut nec desperatione frangaris, nec ipsum contemnas.

Cum res omnes tua ex sententia succedunt, mutationem expecta. Ac rursus cum inopinatis calamitatibus vndique obsideris, meliora ac leuiora tibi animo propone.

Ob aduersos rerum euentus discrucari minimè conuenit: verum in multis calamitatibus lato potiùs atque hilari animo esse. Ob eam enim causam, inquit, affixi te, ac fame oppressi, ut scientia manna comederes: atque ad extremum benigne tibi facerem.

Vita humana maris instar innumeros fluctus, ac varias, tum in prosperis, tum in aduersis rebus, mutationes admittit. Neque enim terrenarum rerum quicquam firmum ac stabile est, verum huc atque illuc, perinde ac nauis aduersis ventis agitata, fertur.

De abundantia & fertilitate: & quòd eo tempore peccata perpetrari soleant. CAP. XX.

Deut. 32.  
4.



NCRASSATUS est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus. Attende tibi ipsi, nec obliuiscaris Domini Dei tui: ne cum comederis, & satiatus fueris, & domos pulchras edificaueris, & in ipsis habitaueris, & oves tuæ ac boues multiplicati fuerint, extollaris in corde tuo.

Pro.  
Hier. 5.

Cum comederis, attende tibi ipsi, ne dilatetur cor tuum.

Magnificati sunt & ditati, incrassati sunt, & impinguati: & præterierunt sermones meos pessimè.

Ezech. 16

Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant. Et eleuatae sunt, & fecerunt abominationes coram me.

Ecl. 13.

Attende, ne seductus in lætitia tua seducaris.

Vita

A Vita prosperitates tentationum loco plerisque contingunt. Solent peccata ex incontin-  
ditarum turbarum multitudine, ac rerum abundantia nasci. *Basil.*

De insidiis, & ijs qui proximis insidiantur. CAP. XXI.

**L** A CUM aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam *Psal. 7. 9.*  
fecit. In laqueo hoc, quem absconderunt mihi, comprehē-  
sus est pes eorum. Foderunt ante faciem meam foueam, & *56.*  
inciderunt in eam. Cadent in retiaculo peccatores. *140.*  
B Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui voluit lapidem, *Pro. 26.*  
reuertetur ad eum. Homo, qui blandis ficiturque sermoni-  
bus loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis. *29.*

Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui dissipat sepem, mordebit eum colu- *Ecds. 10.*  
ber. Qui transfert lapides, affligetur in eis: & qui scindit ligna, vulnerabitur  
ab ijs.

Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui statuit lapidem proximo, offendet *Ecds. 27.*  
in eo: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti nequissimum consilium,  
super ipsum deuoluetur: & non agnoscet vnde adueniat illi.

C Discipulus, qui magistro suo insidias parat, Iudam illum magistri sui proditorem *Nilus.*  
imitatur.

De hostibus, & eorum ruina: & quod hostium calamitate gauden-  
dum non sit. CAP. XXII.

**N** UM ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas: & in ruina eius ne *Pro. 24.*  
exultet cor tuum, ne forte videat Dominus, & displiceat ei, &  
auferat iram suam ab eo. Ne lateris ob eos qui malefaciunt.  
Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei aquam *25.*  
bibere: prunas enim congregabis super caput eius, & Domi-  
nus reddet tibi.

D Ne lateris inimica mea super me, quia cecidi: cōsurgam. Ne *Mich. 7.*  
lateris ob filios Iuda in die interitus eorū, & ne iactes te in die tribulationis eorū.

Hæc dicit Dominus: Pro eo quod plaufisti manu, & percussisti pede, & ga- *Ezech. 25.*  
uista es ex toto affectu super terram Israël, idcirco ego extendam manum meam  
super te, & tradam te in direptionem Gentium, & interficiā te de populis, & per-  
dam te de terris, & cōteram. Hæc dicit Dominus: Pro eo quod dixisti, Eu- *Ibid.*

ge euge super sanctuarium meum quia pollutum est, & super terram Israël quia  
desolata est, & super domum Iuda quoniam ducti sunt in captiuitatem: idcirco  
ego tradam te filiis Orientalibus in hæreditatem, & collocabunt caulas suas in  
E te, & ponēt in te tentoria sua: Ipsi comedent fruges tuas, & ipsi bibent lac tuum.  
Daboque Rabbath in habitaculum camelorum, & filios Ammon in cubile pe-  
corum.

Aliorum plaga emendari, atque ex ipsorum calamitatibus documentum nobis ipsis ca- *Nax.*  
pere debemus.

Te ipsum tuere: alterius autem casum ne rideas.

Ne vicini casum rideas. Verum tu quidem, quam tutissimè poteris, concede: ei autem, qui  
humi iacet, manum porrige.

Benignos nos in eos, qui prius in calamitates inciderunt, esse, ac per misericordiam no-  
biscum misericordiam conciliare oportet.

In alienis calamitatibus rebus nostris commodè prospicere, ac Deo misericordiam

generare debemus, cum ipsi misericordia opus habeamus: nec homines aspernari, cum ipsi homines simus.

*Chrysof.* Cum hostem tuum in manus tuas incidisse videris, ne tempus illud ultionis esse, sed salutis existimes.

Tum præsertim hostibus parcendum est, cum eos in potestatem nostram redactos habemus. Multi principes, cum imperio potiti, eos, à quibus olim læsi fuerant, cepissent, æquum atque honestum esse censuerunt inuidias acceptas minimè vindicare. Atque potestatis amplitudine factum est, ut cum ipsis in gratiam redirent.

Nihil tutius est, quàm hostibus ignoscere: nihil periculosius, quàm seipsum vlcisci ac vindicare.

Multo maius & fructuosius est parcere, quàm obruncare. Qui enim inimicum de medio sustulit, hic per sepe quoque sese accusabit, ac malè sibi conscius erit, singulisque diebus & horis à peccato illo diuexari se sentiet. Qui autem ei ignouerit, vbi patientiam aliquantisper præstiterit, postea in summa animi letitia & voluptate versabitur, ac bona & iucunda spe nitetur, patientiæque præmium à Deo expectabit. Ac si quando in calamitatem aliquam incidit, cum ingenti animi fiducia mercedem à Deo postulabit.

*Cyrillus.* Præclara & laude atque admiratione digna bonitas est, misericordiam ipsi, qui nos odio habere in animis inducunt, porrigere, atque opem ferre, ipsorumque saluti studere, nec tam iacentibus insultare ac velut inequitare, atque eam calamitatem, in qua versantur, risui ac ludibrio per summam crudelitatem habere, quàm ea, quæ ipsos è laqueo eximere possint, facere ac moliri: ac præterea eorum causa supplices ad eum, qui rerum omnium imperium tenet, preces adhibere.

Calamitatibus alienis commoueri, non autem calamitosos odisse atque insectari conuenit.

*Nilus.* Minimè æquum est ad omnem hominis lapsum ac peccatum insolenter sese efferre, atque deiecto insultare, quamuis etiam aliqui is teterrimus atque acerbissimus hostis esse videatur: verum ipsius potiùs vicem dolere, ac pro eo ad Deum vota facere, metuque & pauore affici, secumque hoc considerare, fieri posse, ut is, qui deiectus est, victoriam tandem adipiscatur, is autem, qui sibi stare videtur, præter expectationem suam grauissimè corruat, atque in huiusmodi lapsu intereat.

Si quempiam raro à virtutis curriculo deflectere, atque in diaboli fraudem labi contingat, caue de ipso calculum tibi sumas, eumque condemnes. Quin potius illud verere, ne tu quoque cadas.

Aliorum calamitate gaudere, etsi quandoque iustum est: tamen id ab humanitate discedit.

### De beneficio, & oblatione ex iniquis opibus facta. CAP. XXIII.

*2. Reg. 24.* **D**IXIT Dauid ad Areuna: Da mihi locum areæ, ut ædificem altare Domino, & cesset interfectio, quæ grassatur in populo. Et ait Areuna ad Dauid, Accipiat & auferat dominus meus rex, sicut placet ei. Cui respondens rex ait: Nequaquam ut vis, sed emam pretio à te, & non offeram Domino Deo holocausta gratuita. Emit ergo Dauid aream & boues argenti ficlis quinquaginta.

*Ecli. 34.* Immolantis ex iniquo, oblatio est maculata: & non sunt beneplacitæ donationes iniustorum. Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Vnus ædificans, & vnus destruens: quid prodest illis nisi labor? Vnus orans, & vnus maledicens: cuius vocem exaudiet Deus?

*Chrysof.* Qui alicuius res usurpat, easque alteri tribuit, non modò misericordiae munere non fungitur, sed etiam grauissimo scelere se astringit. Nam si ex ipsis, quæ per iniuriam collegisti, misericor-



**A** misericordiam impertire in animum inducis, eorum te misereat, quibus iniuriam inferis. Etenim is demum pius habendus est, non qui multis misericordiam prestat, sed qui neminem iniuria afficit. Quocirca si misericordiae munus obire in animo habes, de iustitiae fructibus id facito.

*Si pauperibus spargis, quae tua sunt, sparge. Etenim aliena xizaniis acerbiora sunt. Agram enim colis, quem metere non potes.*

*De mancipibus, & iis qui se in alienas lites iniiciunt. CAP. XXIIII.*

**I**CVT qui apprehendit auribus canem: sic qui tibi impatiens, & *Prov. 26.* commiscetur rixae alterius.

**B** Confilium improborum iniqua vult: delere humiles in sermonibus iniustus, & dissipare sermones pauperum in iudicio. *Esa. 10.*

Qui persequitur operis conductionem, incidet in iudicium. De negotio *Eccli. 29.* quod tibi necessarium non est, ne litiga. *ii.*

*De probis Episcopis, ac Dei mandata seruantibus. CAP. XXV.*

**C** **H**OMO qui habuerit maculam, non offeret panem Deo suo, nec *Leuit. 21.* accedet ad ministerium eius: si caecus fuerit, si claudus, si vel paruo vel grandi vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus. Non accedet offerre hostias Domino, nec panem Deo suo. Vescetur tantum panibus qui sunt in sanctuario: ita duntaxat, vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare. Meretricem & pollutam non accipient: quia sancti sunt.

Sacerdotes tui induantur iustitiam: & sancti tui exultent. *Psal. 133.*

Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. *Pro. 27.*

Pascite oues occisionis, quae qui possederant, occidebant, & non dolebant: & *Zach. 11.* vendebant ea, dicentes: Benedictus Dominus, diuites facti sumus: & pastores eorum non parcebant eis.

**D** Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbum, *Ezech. 3.* & annuncias eis ex me. Si dicente me ad impium, Morte morieris, non annuncias ei, neque locutus fueris, vt auertat se a via sua impia, & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annuncias ei impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & a via sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberaisti. Sed & si conuersus iustus a iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo, ipse morietur: quia non annunciauisti ei, in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiae eius quas fecit: sanguinem vero eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris iusto, vt non peccet iustus, & ille non peccauerit, viuens viuet, quia annunciauisti ei, tu autem animam tuam liberauisti. *34.* Vinum non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius. Ex omnibus primitiis vestris erit sacerdotibus.

Qui sancte sancta custodierint, iustificabuntur: & qui ea didicerint, defensionem inuenient. *Sap. 6.*

Noli querere ab homine ducatum, neque a rege cathedram honoris. In tota *Eccli. 7.* anima tua time Dominum: & sacerdotes illius admirare. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit: & ministros eius ne derelinquas. Time Dominum, & honora sacerdotem, & partem da illi, sicut mandauit tibi Dominus. Rectorem te posuerunt? Noli extolli: esto in illis tanquam vnus ex ipsis. Curam illorum habe, *32.* & sic considera, & omni cura tua explicita recumbe: vt lateris propter illos, & ornamentum gratiae accipias coronam.

O

Mat. 16. Cum venisset Iesus in partes Samariæ Philippi, interrogabat discipulos suos, F  
dicens, &c.

10. vlt. Dixit Iesus Petro: Simon Iona, diligis me plus his? &c.

Luc. 22. Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior, Iesus au-  
tem dixit eis: Reges Gentium dominantur eorum, & qui potestatem habet inter eos,  
benefici vocantur. Vos autem non sic: sed qui maior est inter vos, fiat ut iunior, &  
qui præcessor est, sicut ministrator. Nā quis maior est? qui recumbit, an qui mini-  
strat? Nonne qui recubet? Ego autem in medio vestrum sum tanquam qui ministrat.

12. Beati serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amē dico vobis,  
quod præcinget se, & faciet illos discubere, & transiens ministrabit illis. Dixit  
Dominus: Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quæ constituit dominus G  
super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem cum  
venerit dominus eius, inuenerit sic facientem. Verè dico vobis, quia super om-  
nia bona sua constituet eum.

Act. 20. Contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium vestrum.  
Non enim subterfugi, quominus annunciarè omne consiliū Dei vobis. Attēdite  
ergo vobis ipsis, & vniuerso gregi, in quo posuit vos Spiritus sanctus regere Ec-  
clesiā Dei, quæ in sanguine suo acquisiuit. Ac nūc, fratres, commendo vos Deo,  
& verbo gratiæ ipsius, qui potens est superædificare, & dare hæreditatē in sancti-  
ficatis omnibus.

1. Thess. 2. Sic loquimur, non tanquam hominibus placētes, sed Deo, qui probat corda. H  
stra. Non enim aliquādo in sermone adulationis fuimus, sicut scitis, neque in oc-  
casionē avaritiæ, Deus testis est, neque quærentes ab hominibus gloriā, neque à  
vobis, neque ab aliis: cum possemus vobis oneri esse, tanquam Christi Apostoli.  
Sed facti sumus in medio vestri, tanquam si nutrix foueat filios suos.

1. Tim. 3. Si quis Episcopatū desiderat, bonum opus desiderat. Oportet enim Episcopū  
irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, hospi-  
talem, doctorem, non vinolentum, nō percussorem, sed modestum, non litigio-  
sum, non cupidum, suæ domui benè præpositū, filios habētē subditos cum omni  
castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei dilige-  
ntiam habebit? Non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudiciū incidat diabo-  
li. Oportet autem & illum testimonium habere bonū ab iis qui foris sunt, ut non I  
in opprobrium incidat, & laqueum diaboli. Manus citò nemini imposueris,  
nec consentias peccatis alienis. Te ipsum castum custodi.

Tit. 1. Oportet Episcopū irreprehensibilem esse, tanquam Christi Apostolū, & dispē-  
fatore, nō arrogantē, non iracundū, non vinolentū, non percussorē, non turpis  
lucris cupidū, sed hospitalem, probum, pudicum, iustum, sanctum, continentem.

3. Nemo adolescentiam tuā contemnat. Admone illos principibus & pote-  
statibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse.

1. Pet. 5. Pascite qui in vobis est, gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè  
secundum Deum: neque turpis lucris gratia, sed voluntariè: neque ut dominantes K  
in cleris, sed forma facti gregis ex animo.

Basil. Antistitis animos dignitas nō attollat: ne ab humilitatis ac modestiæ beatitudine exci-  
dat, aut etiam ipse in superbiam elatus, in iudiciū incidat diaboli. Quin potius illud sibi  
Quid sit  
antistitē  
esse.  
Simple. persuadeat, multorum curam gerere, nihil aliud esse, quam multis inservire. Quemadmo-  
dum igitur is, qui multis faucibus operam nauat, atque singulorum vulnerum saniem era-  
dit, & cuique dolori consentaneum remedium adhibet, ex huiusmodi officio elationis &  
arrogantiæ ansam minimè arripit, sed humilitatis potius ac sollicitudinis: eodem modo, &  
quidem multo magis, is cui curandarum totius sodalitiij infirmitatū cura mandata est, tan-  
quam qui omnium minister sit, ac rationem pro omnibus reddendā habeat, ita animo cōstitutus  
esse ac trepidare debet. Hac enim ratione illud præstabitur, quod Dominus sibi proponebat,  
cū diceret, Si quis vult inter vos primus esse, erit omnium postremus, atque omnium minister.

Mat. 10. Qui communem omnium curam suscepit, hoc animo esse debet: tanquam qui pro unoquoque  
eorum

**A** eorum, qui ipsius fidei commissi sunt, rationem redditurus sit.

Discere sine pudore, ac sine invidia docere oportet: ac si quid ab alio didiceris, minime silentio dissimulare (quemadmodum improbae mulieres solent, quae adulterinos foetus pro suis supponunt) sed candido animo verbi parentem praedicare.

Cum homini difficile sit parere, tum vero longe difficilius esse videtur scire hominibus imperare: ac praesertim in hoc nostro imperio, quod & in lege diuina est, & ad Deum ducit. Cuius quanto sublimitas ac dignitas maior est, tanto quoque maius periculum.

Haec mihi re vera ars artium, ac scientia scientiarum esse videtur, hominem regere, animal mirè multiplex, ac maximè varium.

**B** Quemadmodum non eadem medicamenta nec eadem alimenta corporibus omnibus offeruntur, sed alia aliis, habita videlicet vel sanitatis eorum, vel aduersae valetudinis ratione: eodem quoque modo animae diuersa ratione disciplinaeque curantur. ij porrò curationis testes sunt, qui morbis huiuscemodi vexantur. Alios mouet oratio: alij antistitis exemplo componuntur. Alij calcaribus opus habent: alij freno. Nam qui lentè & segniter ad virtutem mouentur, hi verborum stimulis excitandi sunt: qui vero spiritu, plus quàm par sit, incallescunt, ac praecipiti animorum impetu feruntur, velut equulei generosi procul à meta cursitantes, hos utique orationis freno coercere, ac velut obstructo collo retardare praestiterit. Alijs laus prodest, alijs reprehensio, modo utraque tempestiuè adhibetur: nam intempestiuè & stultè adhibita nocumentum attulerit. Alios cohortatio ad officium ducit, alios obiurgatio. Atque hæc rursus alios si palàm arguantur: alios, si remotis arbitris increpentur.

**C** Sunt enim, qui nihil curent priuatas castigationes, publica autem reprehensione emendentur: sunt rursus, qui liberius reprehensi pudorem omnem abstergant, contraque priuatis castigationibus meliores fiant, ipsique, quos vicem suam dolere perspiciunt, hoc muneris vicissim rependant, ut eorum admonitionibus pareant. Quidam ita studiosè accuratèque obseruandi sunt, ut ne minima quidem & leuissima eorum errata dissimulentur, nimirum quædò quòd peccata sua nemini cognita fore putant (quandoquidem id moluntur) prudentiæ calliditatisque laudè sibi insolenter arrogat: contra in alijs ad nonnulla committere satius fuerit (ita ut videntes non videamus, & audientes non audiamus, quemadmodum dici solet) ne alioqui ipsi nimium crebris obiurgationum aculeis confixi & obruti, ad desperationè incitentur, tandemque proiecto pudore, quod ad inflectendos alliciendosque homines mirè efficacè medicamentum est, ad quoduis nefus perpetrandum audaciores reddantur. Quinetiam cum nonnullis ita agendum est, ut irati hominis & cõtemnentis, ac de salute eorum desperatis speciem

**D** praesertim te feras, cum tamen reuera nec ipsis irascaris, nec cõtemnas, aut pro perditis ac deploratis habeas, quorum videlicet natura id requirit: alij rursus lenitate & humilitate curandi, coniunctaque animi alacritate & promptitudine ad meliorem spem reuocandi. Alios vincere, alijs cedere plerumque utilius fuerit. Aliorum item opes & potentiam, aliorum egestatem, calamitatè que vel laudare, vel execrari.

Hic demum spiritualis imperij ac praefecturae scopus esse debet, ut qui alijs praestit, ubique priuata sua commoda negligat, atque aliorum utilitati consulat.

Filijs parcere, paterna lex est.

Alentis etiam alimonia doctrina est.

**E** Animi tranquillitatem in obiurgando, ac seueritatem in laudando adhibere conuenit, ac neutrum per immoderationem labefactare: Verum hoc efficere, ut & paterna obiurgatio sit, & grauis laudatio: sic nempe, ut nec mollities dissoluta sit, nec acerba & odiosa seueritas, sed altera facilitatis ac lenitatis, altera prudentiæ nomen obtineat, utraque autem cum philosophia coniuncta sit.

Sacerdotes iustitiam induite. Pascuae oves non dispergamus, nec occidamus, pro quibus animam suam bonus ille pastor posuit, qui cognoscit suas, & à suis cognoscitur, qui vocat eas nominatim, & introducit eas, & educit ab infidelitate ad fidem, & ab hac vita ad alterius vitam requiem. Metuamus ne, quod Scriptura comminatur, iudicium à nobis incipiat, atque de Domini manu duplicia peccata suscipiamus, ut qui nec ipsi ingrediamur, & eos qui ingredi possunt, prohibeamus.

Oves pastores vestros ne pascite, nec ultra terminos vestros assurgite. Satis enim vobis

est, si rectè pascamini. In iudices censuram vobis ne arrogate, nec legislatoribus leges imponite. Non enim dissensionis & confusio est Deus, sed pacis.

*Nilus.* Præceptoris oculus, tacita doctrina est.

Quantum corpori præstat animus, tantum quoque is, qui animis medetur, eos antecellit, qui corpora duntaxat curant.

Tantò sublimius est regno sacerdotium, quantò spiritus carne præstantior.

Fieri nõ potest, vt sacerdotum vitia obscura sint. Verùm leuissimã quoque statim in apertum proferuntur.

Nec prudentiam etate metiri, nec senem à canitie explorare conuenit: nec riuus iuuenem ab ecclesiastico ministerio submouere, sed neophytum. Inter vtrumque porò permultum est discriminis.

*Chrysof.* Plerique sunt, qui simulatque aliquem ab opibus abhorrentem viderint, protinus eum ad huiusmodi munus obeundum idoneum esse censeant. Atqui fieri possit, vt is pestilens antistes sit, lupusque, non pastor.

Nec iuuenem quisquam criminetur: nec senem laudibus efferat. Nam nec canities virtus est, nec iuuentus vitium. Multi etiam in iuuenili etate philosophiã documenta præbuerunt: multi contra etiã in senectute collapsi sunt. Etenim tres pueri in fornace erant, &

*Dan. 3.* flammã in rorem uerterunt: & Daniel duodecimo etatis anno ad populum Hebræũ concionem habebat, ac leones oues efficiebat: non quòd eorũ naturam immutaret, sed quòd eorũ

*Gal. 1.* feritatem fidei freno cõprimeret: & Paulus senex & canus erat: quiq; prius Ecclesijs prædonis instar populatus fuerat, postea fidei palmã rapuit, ac proba ouis, & præco, atq; Apostolus extitit. Quæ cum ita sint, non est quòd vel iuuenẽ sugilles, vel senẽ prædices. Neq; enim in etatis differentia virtus & vitium, sed in mentis ac sententiã discrimine cõsistunt.

Ac proinde nec, si sobrius ac prudẽs fueris, quicquã tibi detrimẽti præmatura etas afferet: nec, si segnis & ignauus, quicquã te senectus iuuaabit. Senectus enim non in criniũ canitie, sed in animi virtute sita est. Sic nimirũ Dauid adhuc iuuenis maturũ virtutis fructũ possidebat. Venit porò Samuel ad Isai, cornu habes, in quo sanctũ oleũ erat. Et quid ait? Misit me Deus, vt vnũ è filiis tuis regẽ efficiã. Quo audito, Isai filiũ natu maximũ in mediũ adducit, arbitratus eũ ad huiusmodi dignitatẽ idoneũ esse. Atq; Propheta: Non hunc elegit Dominus. Adducit itaq; secundũ. Nec hũc. Tertiu. Nec itẽ hunc. Quartũ, quintũ. Iã filiorũ chorus cõsumptus erat, nec tamẽ inueniebatur is, qui quærebatur. Dixitq; Samuel: Nullũne præterea aliũ habes? Pudore suffusus est pater, atq; ait: Habeo, inquit, vnũ parvũ ac vilẽ. Verũ regẽ quæris: hic autẽ vilis est opilio. Tũ Samuel: Homo vilipẽdit: at Deus coronat. Nõ enim vt videt homo, sic videt Deus. Homo enim videt in facie: Deus autẽ in-

*1. Reg. 16.* tuetur cor. Num enim obesitatem quærimus, ac non potiũs anima nobilitatem expetimus?

Vis scire quanta sacerdotũ potentia sit? Baptismum animo complectere, peccatorum remissionem, adoptionem, sexcẽtia denique bona, quæ per manuum eorũ impositionem, ac per inuocationem, quam tua causa faciunt, tibi contingunt. At quia negligenter ad ipsos, ignauoque ac languido animo, accedimus, propterea vita nostra omnis funditus euersa est.

Si Patriarcha Iacob, cum armẽtis præesset, ac pecudes rationis expertes pasceret, rationemque homini duntaxat reddendam haberet, noctes tamen insonnes transibat, æstusque & algores, atque omnes cœli iniurias ferebat, vt ne quid sibi ex illis periret: quantò magis nos, qui non brutis, sed spiritualibus ouibus præfecti sumus, nec hominibus, sed Deo, rationem referendam habemus, ni hil omnino, quod gregi vtilitatem afferre queat, defugere ac recusare debemus? Verũ quòd grex hic illo melior est, & homines brutis, & Deus hominibus, hoc quoque maius acriusque studium ac diligentiam alacritatẽque adhibere.

Huiusmodi sanctorum virorum viscera sunt, animique in filios propensio est, vt cum ipsis mori dulcius existiment, quam sine ipsis viuere.

Facite omnes vt Episcopum sequamini, quemadmodum Christus Patrem: presbyterorum chorũ, vt Apostolos. Diaconos autem Vereamini, non secus ac Dei mandatũ. Nemo quicquã eorũ, quæ ad Ecclesiã attinẽt, citra Episcopi autoritatẽ faciat. Ea firma Eucharistia esse cõfiteatur, quæ ab Episcopis fit. Vbi Episcopus apparuerit, illic vulgõ sit: quẽadmodũ vbi est Christus, illic etiã catholica ecclesia est. Citra Episcopũ nec baptizare, nec synaxin

facere

*Ignat. e-*  
*pist. ad*  
*smym.*

A *facere licet: sed quod ille probauerit, hoc Deo quoque gratum est. Qui Episcopum honore afficit, is à Deo honoratur. Qui clam Episcopo aliquid facit, hic diaboli cultor est.*

*Omnes perfer, vt te quoque Christus: omnibus in charitate here. Precibus sine vlla in-  
termessione stude. Pete intelligentiã maiorem ea quã habes. Vigila, in somne oculũ habe.* Epist. ad Polyc.

*Omnium morbos porta, vt numeris omnibus absolutus athleta. Vbi maior labor, illic quoque vberior questus. Probos discipulos si amaueris, nihil gratiæ tibi habendum erit. Itaque in hoc potius incumbe, vt morum facilitate atque clementia contumaces subiicias. Non omne vulnus eodem emplastro curandum est. Febrium accessiones perfusionibus seda. Propterea carne simul & spiritu constas, vt quæ oculis tibi subiiciuntur, corrigas: quæ autem aspectum tuum fugiunt, petas vt tibi detegantur: quò nihil omnino prætermittas.*

B *Antistitem oportet vitam ab omni reprehensionis nota puram ducere, nec rei vllius Deo gratiæ studium prætermittere.*

*Ante omnia oportet Ecclesiã ministrum ab ira alienum esse: nec obiurgatione vti, sed Athana's hortatione ac deprecatione.*

*Tum demum doctori ex animi sententia sermo succedit, ac fidem nanciscitur, cum ipse Didymi. vita & moribus docet: iuxta illud, De ijs quæ cepit Iesus facere & docere.* Act. 1.

*Sacerdotem prudentia, & vita, ac morum ingenuitas, efficit. Sermonem virtutem docet: Euagr. opere autem eam prædica.*

*Alexander eminens plebem candidis vestibus indutam conspicatus, sacerdotes autem atque antistites bysiniis amictos, pontificem verò, in hyacintho & aurea stola, atque capite cidarim, aureãque laminam, in qua Dei nomen inscriptum erat, gestantem, solus accedens, nomen illud, ac pontificem adorauit. Sciscitante autem Parmenione, quid esset, quamobrem ipse, cum ab omnibus adoraretur, Iudeorum tamen pontificem adoraret: Non eum, inquit, sed Deum, à quo sacerdotij dignitate ipse ornatus est, adorauit.*

*De malis Episcopis, ac Dei mandata minimè seruantibus.*

CAP. XXVI.

A C E R D O T E S eorum in gladio ceciderunt.

Deut. 32.

Absconderunt sacerdotes legem Domini. Principes e-

Mich. 3.

ius in muneribus iudicabant, & sacerdotes mercede docebant.

D **S** Nunquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum? Sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniuste egerunt contra legem.

O pastor & idolum, derelinquens gregem: gladius super brachium eius, & super dextrum oculum eius. Brachium eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius tenebescens obscurabitur. Et dixi: Non pascam vos. Quod moritur, moriatur, & quod succiditur, succidatur, & reliqui deuorent vnusquisque carnem proximi sui. Ecce ego suscitabo pastorem imperitum in terra, qui derelicta non visitabit, & dispersum non quæret, & contritum nõ sanabit, & id quod stat, non nutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet.

Zach. 11.

E *Præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt. Sacerdos & propheta præ ebrietate nescierunt, absorpti sunt à vino, errauerunt præ ebrietate.* Esa. 28.

*Væ pastoribus, qui dispergunt & disperdunt oves gregis. Propterea hæc dicit Dominus: Vos dispersistis oves meas, & eiecistis eas, & non visitastis eas. Ecce ego vlciscar omnes malas adinventiones vestras. Oves perditæ factæ sunt populus meus. Qui pascebant eos, expulerunt eos: in montes errare fecerunt eos.*

Ezech. 34.

*Sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea: inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam, & inter mundum & pollutum non intellexerunt: & coinquinabar in medio eorum. Principes eius in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem, & auarè sectanda lucra. Prophetæ autem liniebant eos absque temperamento, &c. Hæc*

22.

34.

Uicit Dominus pastoribus: Væ pastoribus, qui pascebant semetipfos. Nonne gre- F  
ges à pastoribus pascutur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod cras-  
sum erat, occidebatis, & oves meas non pascebatis. Quod infirmum fuit, non cõ-  
solidastis, & quod ægrotum, non sanastis: quod confractum est, non alligastis, &  
quod abiectum est, non reduxistis: & dispersæ sunt oves meæ, eo quòd non esset  
pastor. Pascebât pastores semetipfos, & greges meos non pascebant. Propter-  
ea pastores audite verbum Domini. Ecce ego super pastores, requiram gregem  
meum de manu eorum.

*Sap. 6.* Discite iudices finium terræ: quoniam data est à Dominopote stas vobis,  
& virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur:  
quoniam cùm essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem  
iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrendè & citò G  
apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum in his qui præsumunt, fiet. Exiguo  
enim conceditur misericordia: potentes autem potenter torméta patientur. Non  
enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuius-  
quam. Fortioribus autem fortior instat cruciatio.

*Mat. 23.* Tunc Iesus locutus est ad turbas, & discipulos suos, dicens, Super cathedram  
Moyfi sederunt Scribæ & Pharisei. Omnia ergo, quæcunque dixerint vobis,  
seruate & facite: secundum opera verò eorum nolite facere. dicunt enim, & non  
faciunt. Alligant enim onera grauiam & importabilia, & imponunt in hume-  
ros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia verò opera sua  
faciunt, vt videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, & ma- H  
gnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas ca-  
thedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi.  
Vos autem nolite vocari rabbi. vnus est enim magister vester, omnes autem  
vos, fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim  
pater vester, qui in cœlis est. Nec vocemini magistri: quia magister vester, vnus  
est, Christus. Qui maior est vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltaue-  
rit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur. Væ autem vobis Scribæ &  
Pharisei hypocritæ: quia clauditis regnum cœlorum ante homines. Vos enim  
non intratis: nec introeuntes finitis intrare. Væ vobis Scribæ & Pharisei hypo-  
critæ: quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc am-  
plius accipietis iudicium. Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ: quia circuitis I  
mare & aridam, vt faciatis vnum profelytum. & cùm fuerit factus, facitis eum fi-  
lium gehênæ duplo quàm vos. Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Quicumque iu-  
rauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debet. Stulti &  
cæci, quid enim maius est, aurum, an templum quod sanctificat aurum? Et qui-  
cunque iurauerit in altari, nihil est: quicumque autem iurauerit in dono quod est  
super illud, debet. Cæci, quid enim maius est, donum, an altare quod sanctificat  
donum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus quæ super illud sunt:  
& quicumque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso: & qui  
iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. Væ vobis Scri-  
bæ & Pharisei hypocritæ: quia decimatis mentam, & anethum, & cyminum, &  
reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudiciû & misericordiam, & fidem. hæc oportuit  
facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem  
glutientes. Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ: quia mundatis quod deforis  
est calicis & paropsidis: intus autem, pleni estis rapina & immunditia. Phariseæ  
cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat id quod deforis est,  
mudum. Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ: quia similes estis sepulchris deal-  
batis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mor-  
tuorum, & omni spurcitia. sic & vos à foris quidem paretis hominibus iusti: in-  
tus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate.

*24.* Si autem dixerit malus ille seruus in corde suo: Moram facit dominus meus  
venire,

**A** venire, & coeperit percutere conferuos suos, manducet autem & bibat cum ebriosis, veniet dominus serui illius in die qua non expectat, & in hora qua nescit, & diuidet eum, & partem eius cum infidelibus ponet.

Videns Simon, quia per impositionem manuum Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc potestatem, ut cuiunque imposuero manus meas, accipiat Spiritum sanctum. Dixit autem Petrus ad eum: Argentum tuum tecum sit in perditionem: quia existimasti donum Dei pecunia possideri. Non est tibi pars neque fors in sermone isto.

**B** *Quantum malum est subditi erroris ansam cum praeberere, quem itineris ducere esse oportebat! Nemo filium suum, in foueam iam penè cadentem, negligit, aut etiam in eam prolapsum relinquit. Quàntò autem grauius est animam in inum vitiorum gurgitem labentem in exitio relinquere?*

*Ne quis capitis munus usurpet, qui vix manus aut pedis, aut cuiuspiam alius vilioris partis corporis officio fungi potest. Vnusquisque in quo gradu vocatus est, fratres, in eo maneat.*

*Caute, quaeso, maxime vos praesules,  
Ne lumen omni prorsus orbum lumine,  
Vtique tantum, non boni, sitis duces.  
Si tale lumen, quantus est tandem nigror?*

In Tetra.

**C** *Ecquis tandem alios ad modestiam adducere queat, cum antistites ipsi ita affecti sint? Quid refert probum esse gubernatorem, si malis remigibus vtatur? Vnde quaeso huiusmodi tumultus in Ecclesiis nasci censet? Equidem ipse non aliunde existimo, quam quod antistitem electiones temere atque inconsiderate fiant.*

In Apolog. Chrysof.

*Nihil doctore frigidius est, qui sermonibus dumtaxat philosophatur. Hic non doctor, sed hypocrita est.*

Doctore male viuere nihil frigidius.

*Nihil praesule eo miserius est, qui iis, quibus praest, nullam utilitatem affert.*

*Quàntò ad altiozem sacerdotij gradum ascendit ille, cui Episcopatus obtigit: tantò quoque amplior ab eo ratio exposcetur, non doctrinae tantum, sed etiam pauperum cura. Quem admodum enim nos, cum pecunias famulis commisimus, omnium rationem ab ipsis flagitamus: sic etiam Deus, cum pecunias suas fidei nostra commiserit, expensa rationem requirit.*

**D** *Fieri non potest, vt qui res vsque ad deo magnas ac diuinas ab iis, qui eas callent, minime didicerunt, aut ipsi eas noscant, aut aliis rectè tradere queant.*

Iustinus.

*Doctoris imperitia, discipulis exitium affert, ac discipulorum socordia magistro periculum creat: idque praesertim, si ipsius inscitia fiat, vt illi socordia laborent.*

Nilus.

*Ne existiment rem eam, remissionis animorum & oblectationis materiam esse. Nihil enim aequè arduum & laboriosum est, atque animabus imperare. Itaque operæ pretium est, vt ij, qui ad hoc munus accedunt, perinde se comparent, atque inungant, tanquam in graue aliquod certamen ingredientes.*

Nihil difficilius quam animas gubernare.

**E** *Qui scindit ligna, periclitabitur in eis, si ferrum exciderit. Nam qui sermone res diuidit, nisi sermonem vnde cunq; obfirmatum habuerit, inter audientes periclitabitur, per sermonem videlicet scandali ansam ipsis porrigens.*

Eccl. 10.

*Illud velim ne ignores, complures Episcopos ignis fornacem ornatos esse. Cuiuslibet Episcopi ac doctoris opus, quale sit, sempiternus ignis explorabit. Etenim dies ille omnia deteget, ac perspicua reddet: quia in igne reuelabitur.*

*An te fugit, Episcopos quoque nonnunquam exitium ac ruinam subire?*

*Absurdum est eum, qui honores consecratur, labores defugere, quibus honores conciliantur.*

Enagr.

*Sit lex ista constituta aduersus eos, qui res sanctas ac diuinas, non sanctè, atque vt Deo dignum est, seruare volunt, vt ipsis caecitatis supplicium inferatur.*

Deut. 5.

2. Reg. 23.

Pro. 13.

Eccli. 18.

Mat. 5.

1. Io. 2.

1. Pet. 2.

Chrysoft.

Mat. 5.

simile.



ON concupisces vxorem proximi tui, non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, & vniuersa quæ illius sunt.

Et desiderauit Dauid aquam de lacu, & ait: O si quis daret mihi potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethleem iuxta portam! Iruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethleem, quæ erat iuxta portam, & attulerunt ad Dauid. At ille noluit bibere, sed eam libauit Domino, dicens, Pro-

pitius mihi sit Dominus, ne faciam hoc. Num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarum periculum bibam?

Lignum vitæ desiderium bonum. Post concupiscentias tuas ne eas: & à voluntate tua auertere. Euagatio concupiscentiæ transfert mentem simplicem.

Quicumque viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo.

Omne quod in mundo est, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex mundo est.

Obsecro vos, tanquam aduenas & peregrinos, abstinere à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam.

Ego opifex figmento meo concupiscentiam indidi: proindeque naturalem motum minimum criminor. Neque enim dico, Non concupisces. Non eius, quod rectè satum est, radicem auello: verum adulterinas corruptæ stirpis fibras elido atque amputo. Non igitur dico, Concupiscentiam ex animo extirpa: sed adulterinæ affectionis pullulantes adhuc stolones excindo. Ecquis bonæ terræ zizania inasperit? Bonum semen seminavi: vnde exitiosa zizania prodierunt? Extere, conculca, profoca malum semen: & non erit cur crescentibus zizaniis labores. Quicumque conspexerit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo.

Vt passerem nil pennæ iuuant, cum laqueo interceptus est, verum frustra atque incassum eas gerit: ita nec tibi quicquam prodest ratione præditum esse, si ab improba concupiscentia expugneris, verum, quantumlibet salutes, captus tamen teneris. Hac de causa passeribus alæ sunt, vt laqueos vitent: hac itè de causa hominibus ratio, vt peccata effugiant.

## De peccatis inuoluntariis.

## CAP. XXVIII.

Exod. 21.

Luc. 21.

1. Tim. 1.

Heb. 10.



VI percusserit hominem volens occidere, morte moriatur. Qui autem non est insidiatus, sed Deus tradidit illum in manus eius, constituam ei locum, in quem debeat fugere.

Ille seruus, qui cognouit voluntatem domini sui, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.

Gratias ago ei, qui me confortat, Christo, quia fidelem me existimauit, ponens in ministerio, qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus. Sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia Domini nostri Iesu Christi cum fide & charitate in Christo Iesu.

Voluntariè peccantibus nobis post acceptam cognitionem veritatis, non iam relinquitur hoistia pro peccatis, sed terribilis quædam expectatio iudicij, & ignis zelus, qui deuoraturus est aduersarios.

Peccata,



**A** Peccata, partim inuoluntaria sunt, partim ab improba voluntate proficiuntur. *Fin.* Basil. in pri. non.  
 gamus enim stuprum esse, de quo in iudicio disceptetur, ac duo scorta: Verum alterum leno-  
 ni venditum inuitum in malo herere, atque corporis quæstum flagitioso domino præbere,  
 alterum autem libidinosæ voluptatis causa seipsum sceleri mancipasse. Aliter igitur quæ  
 non sponte sunt, veniam consequuntur, & aliter quæ improbo & scelerato animo gerun-  
 tur, condemnantur.

Quod voluntarium non est, pœnam non meretur. Id autem in duplici genere est. *Alte-* Clemens.  
 rum enim per ignorantiam fit, alterum per vim.

Si quis per ignorantiam labitur, hunc minimè æquum est pœna affici. *Is demum enim* Didymus  
 supplicio affici debet, qui improba animi affectione peccat.

**B** Peccata ea, quæ minimè consultò ac sponte perpetrantur, cum Lex ipsa condonat, tum  
 Deus dissimulat, ut qui facilis atque humanus sit, non crudelis. Vindicantur autem ea,  
 quæ voluntariè admittuntur.

Non quemadmodum sponte peccare iniquum ac sceleratum est, ita etiam inuitè ac per *Philo.*  
 ignorantiam peccare, statim iustum censeri debet. Verum istud medium quendam inter iu-  
 stitiam & iniustitiam locum tenet: quod quidem à nonnullis indifferens dici solet. Neque  
 enim peccatum vllum iustitiæ opus est.

Ei, qui verum meliorum ignorantia peccat, Venia impertitur. *Qui autem dedita ope-*  
 ra, ac de industria in scelus prorumpit, excusatione caret, ut potè quem sua ipsius conscien-  
 tia damnet.

**C** De iis, qui gratias pro acceptis beneficiis agunt, & quod benefactores lau-  
 dare, ac prædicare oporteat. **C A P. XXXIX.**

**D** Vobis viris, qui exploratores missi fuerant, dixit Iosue: *Iosue. 6.*  
 gredimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & om-  
 nia quæ illius sunt, sicut iuramento firmastis. Ingressi quæ iuue-  
 nes eduxerunt Raab, & parentes eius, fratres quoque, & cun-  
 ctam suppellectilem eius.

Misericordias Domini in æternum cantabo, &c. *Quid re-* Ps. 88. 115.  
 tribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? &c. Si oblitus fuero tui 136.

**D** Hierusalem, obliuioni detur dextera mea.

Prudentiæ est id quoque scire, vnde beneficium ortum sit.

Qui reddit gratias, meminit postea: & in tempore lapsus sui inueniet fulci-  
 mentum. Gratiam hominis tanquam pupillam oculi conserua. Sapient. 18.

Dixit Maria, Magnificat anima mea Dominum, &c. Et ingrediente eo in Ecl. 3.

ciuitatem, occurrerunt ei decem viri leprosi. Et leuauerunt vocem suam, dicen-  
 tes, Iesu præceptor miserere nostri. Et dixit eis, Ite, & ostendite vos sacerdotibus.  
 Et cum irent, mûdati sunt. Vnus autem ex ipsis, ut vidit quia sanatus esset, regres-  
 sus est cum voce magna, glorificans Deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius,  
 gratias agens: & hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus, dixit: Nonne decem  
 mundati sunt? & nouem ubi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam  
 Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te saluum fecit. Luc. 1. 17.

**E** In omnibus gratias agite. Hæc est enim voluntas in Christo Iesu.

1. Thess. 5.

*Congruum enornij argumentum est, acceptorum beneficiorum commemoratio.* Basil.

Debitum ergo cum fœnore persoluamus: si tamen sat amplas opes habere reperiamur,  
 ut id facere queamus. Nat. O-  
 rat. in Cy-  
 pria.

De vindicatione: & quòd de eadem re bis pœnas exigere non liceat.

**C A P. XXX.**

**N**on vindicabis bis in idipsum. Quid cogitatis contra Dominum? *Co-* Naum. 1.  
 gitationem ipse faciet: non confurget duplex tribulatio.

*De communibus negotiis: & quod communia diuersoria vitanda sint: quia hinc rixæ ac dissidia nascantur.* CAP. XXXI.

Gen. 13.



**D**IXIT Abraham ad Lot: Ne sit, quæso, iurgium inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra coram te est. Recede à me, obsecro. Si ad sinistram ieris: ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur, antequàm subuerteret Dominus Sodomam & Gomorrhæ, sicut paradysus Domini, & sicut Ægyptus venientibus in Segor. Elegitque sibi Lot regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente, diuisique sunt alterutrum à fratre suo.

Pro. 27.

Eccli. 13.

Melius est sedere in angulo sub dio, quàm in domo communi.  
Fortiori ac ditiori te ne focius fueris.  
Habent communium negotiorum curæ reprehensionis anfas.

*De nominis splendore: & quod gloria digna sint rectè facta.* CAP. XXXII.

Eccli. 29.

2. Tim. 2.



**N** PARVA & magna re cura vt bene audias.  
Solicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo, mercenarium inconfufibilem.

*De mercatoribus.*

CAP. XXXIII.

Eccli. 11.



**N**IX eripietur mercator à delicto.

*De eunuchis.*

CAP. XXXIIII.

Sap. 3.



**B**EATVS est spado, qui non operatus est per manus suas iniquitate, nec cogitauit aduersus Deum nequissima. Dabitur enim illi fidei donum electum, & fors in templo Dei acceptissima.

Eccli. 20.

Mat. 19.

Concupiscentia spadonis deuirginabit virginem.  
Sunt eunuchi, qui de ventre matris suæ tales facti sunt: & sunt eunuchi, qui castrati sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipfos castrauerunt propter regnum cælorum.

Easi. epist.

ad Sim-

plic. hæ-

rer.

Eunuchorum genus infame atque exitiosum est, hoc inquam nec muliebri, nec virile, mulierum insano amore ardens, zelotypia percitum, illiberale, qui diuis accipiens, inexplabile, ad cœnam plorans, iracundum, aurum deperiens, fœdè mercenarium, seuum, effœminatum, ventri deditum: quid denique dicam? ab ipso ortu ferro condemnatum. Quonam autem modo horum iudicium integrum esse queat, quorum pedes quoque distorti sunt? Hi nimirum & ferri opera frustra casti sunt: & propter obscenitatem suam fructus expertes manent.

Nilus.

Ab vxore tua spadonum strepitum remoue. Quamuis enim spado infra geminos testes exactos habere videatur: at supra tamen geminos in facie oculos habet libidinosè obtinentes, ac mala testimonia secum trahentes.

*De laudationibus, & iis qui ex ipsis voluptatem capiunt: & quod ante periculum factum neminem laudare oporteat.*

CAP. XXXV.

Quo-

**A** VOMODO probatur in confatorio argentum, & in fornace aurum: Pro. 27.  
sic probatur homo ore laudantis. Seipsum laudare, aut vituperare,  
non est hominis probi.



Ante considerationem non laudes virum: hæc enim tentatio est Eccli. 27.  
hominum.

Væ vobis, cum benedixerint vobis omnes homines. Secundum hæc enim fa- Luc. 6.  
ciebant pseudoprophetae patres eorum.

*Cum in rebus diuinis firmus ac robustus fuero, tum vehementius timeã oportet, ab usq; Ignat. e-  
caueam, qui me incassum inflant. Qui enim me laudant, flagris me afficiunt. p. 1. ad*

**B** Ne ad eas laudes, quæ veritatem excedunt, intumescamus. Trall.  
Multi, dum vulgi laudes ac plausum aucupantur, re quidem ipsa iniustitiam & aua- Basl.  
ritiam tanquam vtilem præferunt: specie autem ac sermone æquitatem atque iustitiam  
maiores in modum admirantur.

Hic opes suas in eos, qui cum feris pugnant, effundens, atque inanibus vulgi sermonibus  
exultans, laudibus intumescit, magnificq; de se sentit, gloriam videlicet habes in confusio- Philip. 3.  
ne sua: quippe qui clarissimis quibusq; ciuibus in tabulis pictum peccatum suum ostendat.

Quod Deus eos, quibus iniuria fit, vlciscatur: & quod ad eum ultio  
remittenda sit.

CAP. XXXVI.

**C**

**D** EUS vltionum Dominus, Deus vltionum liberè egit. Faciens mi- Ps. 93. 102  
sericordias Dominus, & iudicium omnibus iniuriarum patientibus.  
Cognoui quia faciet Dominus iudicium in opis, & vindictam pa- 139.  
perum.

Ne dicas, Vlciscar me de inimico: expecta Dominum, & adiuuabit te. Pro. 20.

Non erit vltra domui Israël offendiculum amaritudinis, & spina dolorem in- Eccli. 28  
ferens vndique per circuitum eorum, qui aduersantur eis.

Iudex quidam erat in ciuitate, qui Deum non timebat, nec hominem reuere- Luc. 18.  
batur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vin-

**D** dica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit  
intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia mihi mole-  
sta est hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens, fugillet me. Ait au-  
tem Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicat. Deus autem non faciet vin-  
dictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte: & patientiam habebit  
in illis? Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum.

Non vos vindicantes charissimi: sed date locum iræ. Scriptum est enim, Mihi Rom. 12.  
vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.

*Certè is, qui iniuria afficitur, incenditur quidem præ mœrore: cum autem iniuriã acce- Cyril.  
ptã interdū vlcisci, ac par pari referre nequeat, quod videlicet ei, à quo læsus est, viribus*

**E** cedat. supernæ iustitiæ, quæ improbitatis odio flagrat, aculeum ad auxilium suum accersit.

Oportere existimo eos, qui in loco sancto habitant, rerum omnium iudicium Deo com-  
mittere, atque humanam manum a spernari, cum ipsi supernum iudicem circumspectant.

De his qui capitali pœna mulctantur: & quod nemo pro alio pu-  
niendus sit.

CAP. XXXVII.



NON morientur patres pro filiis, nec filij pro patribus: sed vnusquis- Deut. 24.  
que in peccato suo morietur.

Frater non redimit, redimet homo? non dabit Deo placationem Psal. 48.  
suam.

D. IOANN. DAMASCENI

- Hier.* 31. In diebus illis, non dicent ultra: Patres comederunt uiam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. Sed unusquisque in iniquitate sua morietur: omnis homo qui comederit uiam acerbam, obstupescet dentes eius.
- Ezech.* 18. Anima, quae peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris: & pater non portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super eum erit: & impietas impij erit super eum.
- Gal.* 6. Unusquisque onus suum portabit.

De reprehensionibus.

CAP. XXXVIII.

*Pro.* 28.



LAGAE & reprehensiones dant sapientiam. Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum, magis quam ille, qui per linguæ blandimenta decipit. Melior est vir qui corripit, quam qui dura ceruice est. Qui corripunt, meliores apparebunt: ac super ipsos ueniet benedictio bona. Qui corripit liberè, pacificus est. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te.

10.  
9.

*Eccli.* 31.8

In conuiuio uini non arguas proximum tuum. Non incendas carbones peccatorum, arguens eos: & ne incendaris flamma peccatorum eorum.

*1. Tim.* 5.

Peccantes coram omnibus argue, ut reliqui timorem habeant.

Quòd Deum querere oporteat, ipsique obsequi, atque in ipsius nomine omnia facere.

CAP. XXXIX.

*Leuit.* 10.  
*Deut.* 6.



NHIS, qui appropinquant mihi, sanctificabor. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen eius iurabis. Ipse gloria tua, & ipse uita tua.

*Psal.* 9. 31.

Non dereliquisti querentes te Domine. In camo & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.

33.  
72.

Exquisiui Dominum, & exaudivit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Qui elongat se à te, peribit.

33.

Diuites egerunt & esurierunt: inquirentes autem Dominum, non inueniuntur omni bono. Exultent & latentur in te omnes, qui querunt te Domine.

34.

Querite Deum, & uiuet anima uestra. Latetur cor querentium Dominum.

68.

*Pro.* 2.

Qui querit Dominum, inueniet scientiam cum iustitia: qui autem querunt eum, inuenient pacem.

*Ose.* 12.

Dum adhuc tempus est, querite Dominum. Misericordiam & iudicium custodi: & appropinqua ad Deum semper.

*Esa.* 55.

Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima uestra. Confundentur omnes, qui segregant se à Domino. Querite me in toto corde uestro: & apparebo uobis.

*Heb.* 11.

Requirentibus Deum ipse remunerator est.

*Iac.* 4.

Appropinquate Deo: & ipse appropinquabit uobis.

*Basil.*

Fieri non potest, ut quisquam à recta uia deflectat, nisi prius ipsius animus Dei obliuione laborauerit.

*Psal.* 72.

Quantum à uita recedebat Adamus, tantum quoque ad mortem accedebat. Uita enim Deus est: priuatio autem uitæ, mors. Ac proinde Adamus per recessum à Deo mortem sibi condidit, iuxta id quod scriptum est, Qui elongant se à te, peribunt. Neesse est enim animam à Dei propinquitate ac familiaritate remotam, impurorum spirituum domicilium fieri.

*Nax.* in

Præstantissimus hic ordo est, ut qui orationem aliquam aut negotium aggreditur, à Deo incipiat, & in Deo finem faciat.

*Apol.*

Principium tibi sit, tibi finiat omnia Christus.

De



NON QUID præbebis equo fortitudinem, aut circûdabis col-<sup>Iob. 39.</sup>  
lo eius timorem? Procul odoratur bellum. Nunquid per sa-  
pientiam tuam plumescit accipiter, expandes alas suas ad Au-  
strum? Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in  
arduis ponet nidum suum? In petris manet, & in præruptis fa-  
licibus commoratur, atque inaccessis rupibus. Inde contem-  
platur escâ: & delonge oculi eius respiciunt. Quis præparat

**B** coruo escam, quando pulli eius clamant ad Deum, vagantes eò quòd non ha-  
beant cibos? Nunquid nosti tempus partus ibicû in petris, vel parturientes cer-  
uas obseruasti? Dinumerasti menses conceptus earum, & scisti tempus partus ea-  
rum? Incuruantur ad foetum, & pariunt, & rugitus emittunt. Quis dimisit ona-  
grum liberum, & vincula eius quis soluit? Cui dedi in solitudine domum, &c.

Vade ad formicam, ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam: quæ  
cûm non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in aestate cibum  
sibi, & congregat in messe quod comedat. Vade ad apem, & vide quoniam ope-  
raria est, quàmque operationem suam præclaram faciat. Cuius labores reges &  
priuati valetudinis causa assumunt. Ac desiderabilis est omnibus & gloriosa, tam-  
etsi alioqui viribus imbecillis. Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapien-  
tiora sapientibus, formicæ populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi: le-  
pusculus, plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum: regem locusta non  
habet, & egreditur vniuersa per turmas suas: stello manibus nititur, & moratur in  
ædibus regis. Tria sunt, quæ bene gradiuntur, & quartum quod incedit feliciter:  
leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum: gallus succinctus lum-  
bos: & aries, nec est rex qui resistat ei.

**C**icutæ sturni vescuntur, ob structuram videlicet corporis, perniciem eam, quæ ex hoc <sup>Basil. ho.</sup>  
veneno comparatur, effugientes. Nam quia tenues habent cordis meatus, prius id quod vo-<sup>5. in He-</sup>  
rarunt, conficiunt, quam frigiditas ad vitalia penetrarit. Elleborum autem coturnicum a-<sup>xam.</sup>  
limonia est, vt quæ temperamenti sui proprietate, nihil hinc detrimenti contrahant. Quin  
hæc quoque ipsa nobis interdum vsui sunt.

Vipera, reptilium omnium atrocissimum, ad marinæ murenæ conubium occurrit, at- <sup>Ho. 7. in</sup>  
que vbi sibilo quodam presentiam suam significauit, ab imis gurgitibus eam ad Venerereum <sup>Hexam.</sup>  
complexum euocat. Ea autem morem gerit, ac cum Venenosa animante copulatur.

Sunt etiam pisces nonnulli, qui peregrinentur, ac velut communi quodam decreto in <sup>Ibid.</sup>  
externas regiones missi, tanquam ex compacto, cuncti simul proficiantur. Cum enim cer-  
tum ac constitutum pariendi tempus appetierit, alij ex alijs sinibus emigrantes, communi  
scilicet naturæ lege excitati, ad Boreum mare contendunt. Ac, quo tempore ascendunt, pi-  
sces fluminis instar vnitos atque conglobatos videas, atque à Propõrde ad Euxinum ma-  
re fluentes. Quis porro eos impellit? Quod imperatoris imperium? Quæ edicta in foro ex-  
pansa præstitutum tempus significant? Quinam ipsis itineris duces sunt? Vidēsne quemad-  
modum diuina constitutio omnia impleat, ac vel vsque ad minima quæque pertineat? Pi-  
scis Dei legi non reluctatur: & nos homines salutaribus decretis obtemperare non sustine-  
mus. Ne hoc nomine pisces contempnas, quia ratione ac vocis vsu prorsus carent: Verùm  
metue, ne his quoque à ratione alienior sis, vt qui Creatoris edictis aduerseris. Audi pisces  
modò non exerta voce hoc dicentes, quòd propagandi atque conseruandi generis sui cau-  
sa ad longam hanc peregrinationem amandantur. Propria quidem ipsis vox deest: at na-  
tura legem firmiter infixam habent, ac quæ agenda sint præscribentem. Eamus, inquiunt,  
ad Boreum pelagus. Dulcior enim reliquo mari hæc aqua est: quia Sol haud diuturnam il-  
lic moram trahens, per radios suos non id omne, quod dulce habet, educit. Dulcibus enim  
ea quoque animantia gaudent, quæ in mari degunt. Vnde etiam ad flumios per sepe sursum

erant, ac procul à mari feruntur. Quo fit, ut Ponticum sinum reliquis omnibus ante-  
 ponant, ut qui, tum ad p̄creandum, tum ad alendos fetus aptus sit. Posteaquam autem  
 eo munere, quod ipsis studio erat, satis perfuncti sunt, confertim rursus omnes domum re-  
 uertuntur. Quin illud quoque à maritimo quodam homine audiui, marinum echinum, exi-  
 Echinus  
 tempesta-  
 guum inquam illud prorsus atque abiectum animal, tranquillitatis ac tempestat is magi-  
 strum sese nauigantibus sepenumerò præbere. Nam cum ventorum perturbationem pro-  
 nunciat. spicit, grauem quendam calculum subiens, supra eum non secus ac supra anchoram sine  
 ulla discrimine agitatur: quippe qui lapilli mole retineatur, quominus facile à fluctibus  
 abstrahatur. Quod signum ubi nauæ perspexerint, hinc exploratum habent ingentem  
 ventorum perturbationem impendère.

Ho. 7. in  
 Hexam. Cancer ostrei carnem appetit. Verùm difficilis captu hæc præda ipsi est propter testa  
 integumentum. Natura etenim carnis mollitiem firmo propugnaculo communiuit. Vnde  
 etiam ὀστρεὸν ἀπὸ κρῆνῆς, id est, testa opertum appellatur. Ac quoniam dua cauitates, artissimè  
 inter se coniunctæ, ostreum complectuntur, hinc necessariò fit, ut denticulatæ cancri for-  
 cipes nihil omninò efficere possint. Quid igitur facit? Cùm ostreum in iis locis, qui à ven-  
 tis remoti sunt, amoenissimè se fouere, atque ad Solis radios concauitates suas explicare per-  
 spicit, tunc furtim iniecto calculo prohibet ne rursus eis complice. Atque ita id, quod vi-  
 ribus deerat, artificio atque industria suppleri reperitur. Hæc est versutia eorum, quæ nec  
 rationem, nec vocem habent.

Polypi ver  
 futia. Nec verò polypi fraudem ac versutiam silentio præteribo, qui ad quodcunque saxum  
 adherit, illius colorem subit. Ex quo efficitur, ut multi pisces, temere atq; improvisò na-  
 tantes, in eum, tanquam in saxum, incidant, ac veteratori illi protinus in prædam cedant. H

Ho. 8. in  
 Hexam. Superbus atque insolens est gallus gallinaceus, comptus & ornatus studiosus pavo, sa-  
 laces columbæ, ac domesticæ volucres, ut quæ omni tempore ad Venerem propensa sint,  
 caudida & zelotypa perdix, ut quæ venatoribus subdole ac vafre ad prædam operam  
 nauet.

Apum po  
 litia. Apibus commune domicilium est, communis volatus, communis omnium labor. Quod-  
 que omnium maximum est, sub vno principe atque duce opera capeffunt. Neq; enim prius  
 ad præda sese conferre sustinent, quam regem volatum auspiciatum fuisse viderint. Nec  
 verò apud eas suffragiis rex creatur (Populi enim temeritate, ac iudicij inopia, sæpè fa-  
 ctum est, ut pessimus quisque ad imperium ascisceretur) nec rursus fortitò imperium ob-  
 tingit (Aratione quippè aliena sunt, quæ sorte contingunt, ut quæ non rarò omnium po-  
 stremo imperium in manus tradant) nec denique paterna successione quisquam regno in-  
 sidet (nam hi quoque ob luxum & assentationem magna ex parte stolidi atque omnis vir-  
 tutis ignari existunt) verùm is demum regno potitur, qui naturæ dotibus omnes antecellit,  
 quique & magnitudine, & habitu, ac lenitate præstat. Quamuis enim rex quoque acu-  
 leum habeat: at eo tamen minimè ad vltionem vtitur. Leges quædam scilicet naturæ non  
 scriptæ hæc sunt, nempe ut ad poenas inferendas segnes sint, qui ad imperium euecti sunt.

Rom. 12.  
 Quidin a  
 pibus ipi  
 tandum. Audiant ista Christiani, quibus interdicitur ne malum pro malo reddant, sed in bono ma-  
 lum vincant. Imitemini, velim, id quod apis proprium ac peculiare habet, nimirum quòd  
 nihil nisi de regis imperio atque auctoritate facit, nec cuiquam detrimentum affert, nec  
 ad quos accesserit, ubi, quantum ad opus aptum sit, sumpserit, quicquid reliquum est, va-  
 lere iubet. Ac ceram quidem è floribus palam colligit: mel autem, hoc est humorem eum,  
 qui roris instar floribus in spersus est, ore attractum cellularum concauitatibus immittit.  
 Ac proinde humidum quoque primum est, post autem temporis progressu concoctum ad  
 suam concretionem ac dulcedinem redit. Vnde etiam præclaras atque congruentes laudes  
 à Salomone consecuta est, utpote sapiens & operaria nuncupata. Nec mirum: cum vsque-  
 adeo studiosè ac diligenter alimoniam colligat (Cuius labores, inquit ille, reges & priua-  
 ti valetudinis causa assumunt) ac rursus vsque adeo scitè mellis promptuaria elaboret.  
 Etenim cera in tenues membranas porrecta, multas atque inter se coherentes cauitates ex-  
 truit: ita ut densitas illa mutæ rerum minimarum colligationis opus vniuersum fulciat,  
 ac sustentet. Vnaquæque enim cum altera hæret, utpote tenui septo ab ea dirempta simul  
 atque

**A** atque copulata. Deinde duplici ac triplici contignatione hæc fistula aliæ super alias ex-  
distinguntur. Prouidendum enim duxit, ne vnã duntaxat cauitatem vndique faceret: ne  
humor grauitate sua foras prolaberetur. Perspice quæso quoniam pacto apis Geometriæ in-  
ventiones, Velut pro quibusdam operis corollariis, habeat. Sexangulæ enim atque equilate-  
ræ sunt omnes cellularum fistulæ, non in rectum aliæ aliis incumbentes, ne imæ partes la-  
borent, inanibus accommodatæ: Verùm sexangulorum inferiorum anguli superioribus fun-  
damenti atque columinis loco, sunt: quò tutò supra se pondera sustollant, ac priuatim in v-  
naquaque cauitate humor contineatur.

Grues noctis custodias vicissim suscipiunt: atque, dum cetera dormiunt, vna in orbem Gruum  
natura.  
circumiens summam ipsis quiescentibus securitatem præbet. Posteaquam autem excubia-

**B** rum munere perfuncta est, edito clamore ad somnum se conuertit: altera autem ipsi succe-  
dens, eandem, quam consecuta est, securitatem vicissim rependit. Quin hanc quoque in ea-  
rum volatu disciplinam perspicies. Alias enim alia ducendi agminis prouinciam susci-  
pit, ac postquam certo quodam atque præscripto temporis spatio ante ceteras volauit, retrò  
iam se referens, sequenti munus ducendi tradit. Nam quod ad ciconias attinet, non admo-  
dum ab animantium ratione præditorum sapientia remotum est: ita omnes vno eodémque Ciconiarum  
natura.  
tempore ad has regiones commigrant, ac rursus inde omnes, tanquam ad militare quoddam  
signum, recedunt. Stipant porrò eas atque comitantur nostræ cornices, belli societatem, vt  
reor, cum ipsis aduersus inimicas aues coeutes. Argumento illud est, primum quòd eo tem-  
pore nulla omninò cornix cernitur: deinde quia cum vulneribus redeuntes, perspicua pro-  
pugnationis atque commilitij signa referunt. Ecquis autem apud eas hospitalitatis leges

**C** præscripsit? Ecquis desertæ militiæ delationem comminatus est, vt ne qua ab hoc comita-  
tu absit? Audiunt hæc, qui ab hospitalitatis studio abhorrent, qui fores suas claudunt, ac  
ne rectum quidem in hyeme ac nocte peregrinis impertiunt. At verò ciconiarum erga eas  
quæ consenuerunt, studium & cura, ad filios, si animum adiciere velint, patrum amore af-  
ficiendos sufficit. Omninò enim nemo tam exigua prudentia præditus est, qui non turpe at-  
que ignominiosum esse censeat, à stolidissimis aibus virtute superari. Etenim illa patrem  
præ senectute iam implumem in orbem circumstantes, pennis suis consouent, atque copiosa  
ipsi alimenta subministrantes, in volatu quoque, quam possunt, opem ferunt, sensim nimi-  
rum ac leniter eum vtrinque pennis suis subleuant. Atque hoc ita hominum sermoni-  
bus celebratum est, vt etiam nonnulli acceptorum beneficiorum retaliationem admirandam  
appellent.

**D** Nemo paupertatem suam idcirco lamentetur, animùmque despondeat, quòd nullas om-  
ninò domi relictas opes habeat, verùm hirundinis solertiam atq; industriam ob oculos sibi  
proponat. Nam ipsa, dum nidum fingit, festucas quidem ore gestat, lutum autem pedibus fer-  
re nequens, summos pedes aqua tingit, ac deinde in tenuissimo puluere voluatur, sicq; lu-  
tum, quo opus habet, comminiscitur, ac festucas luto, non secus ac bitumine quodam, paula-  
tim inter se compactis, illic pullos enutrit. Quorum si quis oculos punxerit, à natura medi-  
cinam habet, per quam eos in sanitatem restituat. Hæc te admoneant, ne paupertatis causa  
ad perpetrandum scelus te conferas, nec in atrocissimis calamitatibus spem omnè abiciens,  
segnis ac torpidus iaceas, verùm ad Deum confugas, qui si hirundini tanta impertit, quan-  
tò maiora illis daturus est, à quibus ex toto corde auxilium ipsius imploratur?

**E** Alcyon marina avis est. Hæc in ipsa ripa nidulari, atque in eius arena ova sua reponere  
consuevit. Ac quidem ferè hyeme parit, hoc est cum multis & grauibus ventis  
mare terræ alliditur. Et tamen venti omnes sedantur, atque omnes maris fluctus conquie-  
scunt, cum Alcyon per septem dies ouis incubat. Tot enim duntaxat diebus pullos excludit.  
Quoniam autem cibo quoque opus habet, alios rursus septem dies perexiguo huic animali  
munificus Deus tribuit. Itaque nauæ etiam omnes istud exploratum habent, atque Alcyo-  
nidæ septem hos dies nuncupant. Hæc porrò monendi tui causa sancita sunt, vt, quæ saluti Alcyon  
diffiden-  
tiam nobis  
excutere  
debet.  
tuæ conducunt, per Dei erga animantia rationis expertia curam ac prouidentiam, ab eo pe-  
tas. Quid enim tam nouum & admirandum fingi potest, quòd non tua causa effici queat,  
qui ad imaginem Dei conditus es, cum pro tantilla auicula magnum illud atque horrendum  
mare coercescat, ipsiq; in media hyeme tranquillitas imperetur?

Turturem narrant, coniuge suo orbatam, non ultra cum altero sociari sustinere, verum coitus omnis experte manere, coniugis nimirum veteris recordatione alterius egressum repudietem. Audiant mulieres quoniam modo viduitatis decus etiam apud bruta praestantius habeatur, quam multorum coniugiorum non satis honesta contractio.

*Aquila* Iniquissima circa sobolis educationem est aquila. Nam cum duos pullos produxerit, ac crudeliter eorum pennarum ietibus propulsum in terram deturbat: alterum autem solum susceptum complectitur, ac charum habet, ob educationis videlicet molestiam eum abdicans quem genuit. At eum osifraga perire non sinit, verum susceptum una cum suis pullis nutrit. Tales sunt pauperes ij, qui paupertatis praetextu paruulos filios exponunt, aut etiam in bonorum suorum partienda hereditate iniquissimos se liberis suis praebent. Aequum est enim, ut quemadmodum ipsis ex aequo vitam dederunt, sic vita quoque subsidia aequè ipsis praebent. Noli auim aduncis vnguibus praedictorum crudelitatem imitari, quae simulatque pullos suos iam volatum aggredi viderint, protinus è nido eiiciunt, pennas suas ferientes, ac submouentes: nec ullam posthac eorum curam gerunt. At contra coturnicis erga pullos amor laudem meretur, quae iam etiam volantes affectatur, ac per diu eis cibos atque alimenta porrigit.

Ad opera te domestica auis excitat, acuta scilicet voce inelamans, ac longo ante temporis intervallo solis aduentum praenuncians, cum viatoribus diluculo expergiscens, atque agricolas ad messem educens. Anserum genus vigilantissimum est, atque ad occultarum rerum sensum acutissimum: quippe quae principem etiam urbem conseruarint, hostes quosdam per subterraneos et occultos cuniculos Romae arcem iam iamque occupaturos prodentes. Denique quodnam auium genus est, in quo non peculiare aliquod miraculum natura demonstrat? Quis vulturibus hominum mortem praenunciat, cum alij aduersus alios in bellum tendunt? Videas enim sexcentos vulturum greges castra comitantes, ex armorum scilicet apparatu euentum coniectantes. Hoc autem ab humanis ratiocinationibus haud longè remotum est. Iam quoniam pacto horrendas locustarum expeditiones commemorem, quae velut signo dato cuncta elata, atque in regionis planiciem exercitum ductantes, fructus non prius attingunt, quam id ipsis per diuinum imperium liceat? Quoniam rursum modo Seleucis in huius plagae remedium è vestigio sequitur, infinitam edendi vim habens. Deus quippe pro suo erga hominem amore ac beneficentia naturam ipsius ita fabricatus est, ut inexplebili quadam edendi auiditate flagret.

Quoniam modo cicadae cantum edunt? Quoniam modo sub meridiem ad cantillandum propensiores sunt? per aëris nimirum attractionem, quam in thoracis dilatatione faciunt, emanante sono.

Si perspectum habueris, quemadmodum cygnus collo in profundum depresso cibum sibi ex imo attollat, tum demum Creatoris sapientiam comperies: nimirum quod hac de causa collum pedibus longius ipsi imposuerit, ut, tanquam piscatoria quadam linea infra demissa, cibum in profundo abstrusum sibi comparet.

Variis proprietatibus singula animalia praedita sunt. Firmus est bos, segnis asinus, equus ad foeminae cupiditatem ardens, lupus nulla arte circurabilis, fraudulenta vulpes, timidus ceruus, laboris amans formica, beneficij accepti memor canis, atque ad benevolentiam procliuus. Simulatque enim unumquodque creatum est, secum etiam naturae proprietates traxit. Furor leoni iam inde ab ortu insitus est, ac vita soliuaga, atque ab eorum animantium, quae eiusdem generis sunt, commercio abhorrens. Etenim, velut quispiam brutorum animantium tyrannus, praenaturali superbia, aequabili iure cum aliis viuere recusat.

Leo quibere quin ne pridianum quidem cibum admittit, nec praedae suae reliquias vnquam repetit. Ac liquas praeterea eiusmodi ipsi vocis organa a natura tributa sunt, ut pleraque animalia, maiori celeritate praedita, solo saepenumero rugitu capiantur. Impetuosa est panthera, ac, quod eam libido tulerit, facile ruens. Itaque accommodum ipsi corpus adiunctum est, utpote, ob humiditatem ac leuitatem, animae agitationibus inseruiens, easque sequens. Torpida vrsae natura est, peculiare mores, ac profunda versutia recti. Proinde eodem quoque corpore conuestita est, nempe graui, concreto, inarticulato, consentaneo denique re vera latitanti ac frigida fera.

Formica



**A** Formica aestiuo tempore hibernum cibum colligit, nec, quia nodum hyemis molestiæ ad Formice sunt, adcircò tempus per inertiam transmittit, verum diligentissimo quodam studio ad o- solertia.  
pus seipsam adurget, quoad alimenti quantum satis sit, in horreis cõdiderit. Ane id qui-  
dem ignaue, ac negligenter: verum scito quodam artificio id efficiens, vt cibus quam diu-  
tissime duret. Si quidem medias fruges vngulis secat: ne germinantes, ad cibum ipsi inuti-  
les sint. Quin eas quoque exsiccat, cum aqua madidas esse videt: nec item quouis tempore  
depromit, sed tum demique cum tranquillum aërem fore præsenferit. Quæ autem oratio as-  
sequi, quæ auris capere, quod tẽpus sufficere queat, si quis omnia summi illius artificis m-  
racula oratione complecti velit?

**B** Leena sobolem suam adamat, & lupus pro catulis dimicat. Est enim incredibilis qui-  
dam brutorum in fetus suos, & parentum inter se amor. Quandoquidem procreator eorum  
Deus, rationis inopiam sensuum præstantia compensauit.

Vnde fit, vt inter innumeras oues agnus è stabulo exiliens matris vocem agnoscat, at-  
que ad eam contendat, ac suos lactis fontes requirat: & quamuis ieiuna matris vbera nan-  
ci scatur, iis tamen contentus sit: eodemque modo mater inter innumeros agnos foetum suum  
agnoscat?

Rationis expers est canis: at sensum tamen rationi penè parem habet. Memoria autẽ ac-  
cepti beneficij, quæ ipsi inest, eorum, qui erga bene de se meritos ingrati sunt, nõ pu-  
dore suffundat: quippe cum plerosque dominis in solitudine obruticatis immortalis esse me-  
moria mandatum sit. Quin nonnulli quoque flagrante adhuc cæde iis, qui interfectores quæ-  
rebant, duces extiterunt, atque, vt facinorosi ad penas luendas ducebantur, effecerunt.

Canum  
erga do-  
micos a-  
mor.

**C** Chamæleontem ferunt colores omnes subinde assumere, candore viri excepto.

Quisnam cantum cygno contexit, cum ad ventos pennas suas expandit, ac stridulum  
carmen effundit? Vnde Medicus ille atque arrogans pauo elegantia gloriæque vsqueadẽ  
cupidus est: etenim pulchritudinem suam compertam habet. Cumque aliquem ad foeminas  
propius accedentem cernit, sese ambitiosè, vt aiunt, ostentat, ac diducto collo, ac pennis in  
orbem compositis, auream quandam, atque stellarum instar micantem pulchritudinem ri-  
ualibus suis cum superbo incessu commonstrat. Vnde apibus & araneis operis amor atque  
industria, vt & illa per sexangulas atque inter se oppositas fistulas fauos contexit, & sul-  
ciant, ac per intermedium septum atque permutacionem angulorum rectis lineis adnexo-  
rum, firmitatẽ ipsi conciliet, hæ autem per vsqueadẽ tenuia, & penè aërea stamina variè  
distenta, multiplices telas texant: idq; ex tam obscuris initiis, vt oculorum sensum fugiant?

Nat.  
Orat. 2. de  
Theol.

**D** Illud obseruatione compertum est, leonum catulos, quemadmodum & canes, cæcos in lu-  
cem emitti.

Clemens?

Cum leonina ossa tunduntur, perinde atque è silice ignis excutitur.

Aquila, vt serpentem à pullis abigat, amuleti loco lapidem eum, quem aëtitem vocant,  
in nido collocat.

Est bellua, quæ tarandrus vocatur, magnitudine boui non impar, oris autem forma cer-  
uo quam similima. Hanc aiunt iuxta ea loca atque arbores, quibus propinqua est, pilorum  
colorem subinde immutare: adeo vt ob coloris similitudinem ab iis, qui obuiam ipsi fiunt,  
animaduerti nequeat: atque potius hac ratione, quam corporis robore id consequatur, vt ca-  
pi vix omnino queat.

Philo.

**E** pi vix omnino queat.

De iustis ponderibus ac mensuris.

CAP. XLI.

**N**OLITE facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in *Leuit. 19.*  
mensura. Statera iusta, & æqua sint pondera, iustus modius, & æquus  
sextarius.

Non habebis in sacco diuersa pondera, maius & minus, nec erit *Deut. 25.*  
in domo tua modius maior & minor. Pondus habebitis iustum & verum, & mo-  
dius æqualis & verus erit tibi: vt multo tempore viuas super terram, quam Domi-  
nus Deus dederit tibi. Abominatur enim Dominus tuus eum qui facit hæc.

Statera iusta, & ephi iustum, & batus iustus erit vobis.

Psal. 61.

Pro. 11.  
20.

**M**ENDACES filij hominum in stateris, vt decipiant de vanitate in idipsum.

Statera dolosa, abominatio est apud Deum: & pondus æquum voluntas eius. Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrumque abominabile est apud Deum: & qui facit hæc, in suis adinventionibus impediatur. Abominatio Domino statera duplex: & pondus dolosum non est bonum coram eo.

Osee. 12.

Chanaan, in manibus eius statera dolosa, calumniam dilexit. Omnes labores eius non inuenientur ipsi, propter iniquitates quas peccauit.

Amos. 8.

Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ, dicentes, Quando transibit mensis, & venundabimus, & aperiemus frumentum, vt imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas: vt possideamus in argento egenos, & pauperes pro calcamentis, & quisquilias frumenti vendamus?

## De zelo bono aut malo.

## CAP. XLIII.

Psal. 36.



**N**OLI æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitiam. Noli æmulari vt maligneris: quoniam qui malignantur, exterminabuntur.

Pro. 23.

Ne æmuletur cor tuum in peccatoribus. Fili mi, ne beatos ducas malos viros, nec desideres esse cum ipsis. Noli gaudere super malos: nec zelotypus esto in peccatores. Noli inuidere gloriæ peccatorum.

1. Cor. 12.

Æmulamini charismata meliora.

Nax.

Ne hoc nomine præclarè de te sentias, quòd malis melior appareas: sed dole te bonis inferiorem esse.

## De die bona.

## CAP. XLIIII.

Psal. 117.



**H**ÆC dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.

Eccl. 7.

In die bonitatis viue in bono. In die bono malorum memoria excidit. Ne absis à bono die.

## De die malo.

## CAP. XLV.

Eccl. 11.

Mat. 6.



**N**ON DIE malorum non erit recordatio bonorum.

Nolite solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua.

## De die ac nocte.

## CAP. XLVI.

Psal. 103.



**D**OSVISTI tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestię syluæ.

Nax. O-

rat. de mo

der. dis-

pur.

Dies & nox æquas inter se partes, atque compositam & moderatam conuersionem narrat. Et sunt. Atque alter quidem ad opus nos excitat: altera autem fessos leuat & recreat.

Tu hoc constituisti, vt nox & dies sibi inuicem blandè cederent: hac nimirum ratione fraternitatis & amicitie legem honorans. Ac per alteram exumose carnis labores compressisti: per alterum autem ad opus & actiones tibi gratas nos excitasti.

Nox

**A** Nox venit? Homo somno contrahitur : ac fera liberè vagantur, ac singula cibum sibi Creatoris munere concessum querunt. Dies illuxit? Congregantur ferae: atque homo ad opera contendit. Ita nos vicissim inter nos cedimus. *Psal. 103.*  
Lumen & tenebrae sese inuicem expectare non sustinent : verum natura lege sibi aduersantur. *Synesius.*

De diuino sacramento.

CAP. XLVII.

**B** **S**ECRETVM meum mihi, & meis. *Esa. 24.*  
Nolite dare sanctu canibus, nec proijciatis margaritas vestras ante *Mar. 8.*  
porcos: ne conculcent eas pedibus, & conuersi dirumpant vos.  
Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres. Alioquin rumpet *Luc. 5.*  
vinum nouum vtres, & ipsum effundetur, & vtres peribunt. Sed vinum nouum  
in vtres novos fundendum est: & vtraque conferuantur.

Salutis mysteria ad quoslibet proijcere, atque omnes aequè admittere, qui nec vita puritate, nec exacta ac certa fidei doctrina praediti sint, perinde est, ac si ingentis pretij unguentum in sordidum vas iniiciat. *Basil.*

Mellis dulcedinem quonam tandem pacto ijs exponam, qui ipsius ignari sunt?

**C** Mystice mystica, & sanctè sancta proloquamur : neque ad profanas aures ea proijciamus, quae minimè efferenda sunt, nec committamus, vt nos grauitate superare videantur, qui demones adorant, atque obscenas fabulas ac res colunt. *Naz.*  
Nefas est sacrosancta mysteria profanis enuntiare. *Philo.*

De sacrificiis : & quòd adulterina sacrificia Deus non admittat.

CAP. XLVIII.

**D** **D**IXIT Dominus ad Cain : Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nonne si bene offeras, malè autem diuidas, peccasti? *Gen. 4.*  
Omnia quaecunque habent maculam in seipsis, non offeres *Leuit. 22.*  
Domino: quia ipsi minimè grata sunt.  
Si offeratis caecum ad immolandum, nonne malum est? & si *Mal. 1.*  
offeratis claudum & languidum, nonne malum est? Offer illud  
duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum.  
Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens, immolat debile Domino.

De diuinis oraculis : & quòd ea audire ac meditari oporteat.

CAP. XLIX.

**E** **D**ONITE verba mea in cordibus, & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate. Docete filios vestros vt ea meditentur, quando federis in domo tua, & ambulaueris in via, & accubueris atque surrexeris. Scribes ea super postes & ianuas domus tuae : vt multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum in terra. *Deut. 10.*  
Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terra, purgatu septuplum, &c. Eloquia Domini igne examinata, &c. Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam praestans paruulis. Beati qui scrutantur testimonia eius. In via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus diuitiis. *Psal. 18.*  
Quàm dulcia faucibus meis eloquia *11.*  
*118.*

tua, super mel ori meo. Exultabo & lætabor super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.

*Pro. 9.* Lucerna est mandatum legis: & lumen scire legem. Sapiens corde accipiet mandata.

*Ecli. 6.* Omnem narrationē Dei velis audire: & prouerbia sapientiæ non te effugiant. Cogita in præceptis Domini, & in mandatis ipsius meditare semper. Omnis narratio tua fit in lege Altissimi.

*To. 5.* Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam habere: & ipsæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Et non vultis venire ad me, vt vitam habeatis.

*2. Tim. 3.* Omnis Scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus fit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. G

*Basil.* Spirituali sermone in Ecclesia emanante, ac pio corde ex Spiritus gratiis, fontis in modum, scaturiente, læto animo quæ dicuntur excipe, atque cū gratiarū actione vtilitatis fructum carpe. Neque enim quisquam fulgente Sole oculos obtegit.

*In præf. Psalm. Scripturæ sacræ vtilitas.* Omnis Scripturæ diuinitus inspirata atque utilis est, ob eā causam à Spiritu conscripta, vt, tanquam in communi curandarum animarum officina, sui quisque morbi medicinam eligamus. Medicina enim, inquit ille, magna peccata comprimit. Atque, vt semel dicam, commune bonarum doctrinarum penu est, id quod cuique conducibile est, studio ac diligentia inueniens. Nam & inueteratis animarum vulneribus medetur, & ei, qui recens sanciatuſ est, promptam medicinā adhibet, & eum, qui integra valetudine est, conseruat, ac denique vitia ea, quæ in hac vita, velut tyranni de quadam, animas opprimunt, quoad eius fieri potest, eximit. Ecquid enim hinc non discas? An non fortitudinis magnificentiā? an non exactum iustitiæ studium? an non temperantiæ decus? an non omnibus numeris absolutam prudentiam? an non penitentiæ concipiendæ rationem? an non patientiæ modum? an non denique quicquid boni cōmemorari abs te queat? Hic diuinitatis perfecta doctrina cōtinetur, aduentus Christi in carne prædictio, iudicij comminatio, resurrexionis spes, suppliciorum metus, gloriæ pollicitationes, sacramentorum patefactio. Omnia in Scriptura diuina, tanquam in amplo ac communi quodam promptuario, recondita sunt. H

*Greg. Thaum.* Eadem potentia opus est iis, qui prophetant, & iis qui Prophetarum auditores sunt. Neque vnquam Prophetam intellexerit, nisi cui propheticus spiritus sermonum suorum intelligentiam donauerit. I

*Chrysof.* Tanta est spiritualium verborum suauitas, vt nemo ea satuari queat.

Cum quisquam filij, aut amici, aut cognati, imaginem erexerit, adesse sibi eum, qui abscessit, existimat, ac per imaginem animæ expertem ipsum sibi animo informat. Quam ergo magis nos per diuinas Scripturas sanctorum virorum præsentia fruimur, non quidem corporum ipsorum, sed animorum imaginem habentes? Nam quæ ab ipsis dicta sunt, animarum imaginem præ se ferunt.

*simile.* Quemadmodum fieri non potest, vt terra imbris minimè perfusa, quamlibet quispiam innumera semina iaciat, spicas producat: eodem quoque modo fieri nequit, vt anima, quæ Scripturæ sacræ fluentis minimè antè rigata est, etiamsi quis innumera verba profuderit, fructum vllum ostendat.

*Scripturæ quoque etiam non intellecta utilis est lectio.* Charissime, etiamsi eorum, quæ dicuntur, vim minimè noscas, verba tamen ipsa retine. Nam nuda quoque ac simplex Scripturarum lectio sanctitatem animæ comparat. Nec verò hoc tantum lucri consequeris: verum etiam temporis progressu plura scies. Etenim lectiois assiduitas hoc tibi afferet, vt ingenium tuum sponte se aperiat. K

Si charorum hominum imagines non nihil solatij spectatoribus afferunt, quantum magis idem diuinæ Scripturæ imagines præstant? Nam illas vbiq; ceruere impossibile est: verum certo loco fixas eas perpetuò esse oportet. Hanc autem, quin quoquò abeas, tecum circumferas, nihil prohibet. Cum enim eam in animi præptuaris collocaris, vbiunque sis, ipsam semper intueri, atque ingentem ex ea vtilitatem percipere licebit.

*simile.* In Scriptura sacra versari oportet. Quemadmodum enim vinū exhaustum maiorem sedat, sedat,

A *sedat, ac peccatus in letitiam conuertit: sic spiritale vinum animam voluptate afficit.*

*Quemadmodum mare omnibus patet, atque alius natat, alius negotiatur, alius piscatur: clemens ac rursus, quemadmodum terra communis est, atque alius iter facit, alius arat, alius adificat: eodem modo dum Scriptura sacra legitur, alius in fide, alius in moribus inuatur, alij simile. per literarum agnitionem superstitione eximitur: pugil denique, vbi Olympicum curriculum cognouerit, doctrina beneficio ad certamen se comparat, ac pugnat, & palmam adipiscitur, elusis nimirum ac fractis aduersariis, iisque qui veræ scientiæ viam exagitant.*

De diuinis mysteriis.

CAP. L.

B



Go sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & biberit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo illum in nouissimo die. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, ipse viuuet propter me. Hic est panis qui de cœlo descendit: non sicut patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuuet in æternum.

C

Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. Nunquid æmulamur Dominum? Nūquid fortiores illo sumus? Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis: quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit, Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur. Hoc facite in meam cõmemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens, Hic est calix noui testamenti in meo sanguine. Hoc facite in meam cõmemorationem. Quotiescunque enim comederitis panem hunc, & calicem biberitis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. Itaque quicumque manducauerit panem hunc, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane isto edat, & de calice bibat. Qui enim comedit & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini.

*Moses ait: Mactate agnum immaculatum, & ipsius sanguine ianuas illinite. Quid Chryso- ait? Sanguisne animantis rationis expertis hominibus ratione præditis salutem afferre potest? Ita sanè, inquit. Quemadmodum enim imperatorum status, quamuis & animo & sensu careant, homines tamen & animo & sensu præditos ad se cõfugientes, periculo liberant, non quòd ex ære consent, sed quia imperatoris imaginem gerunt: eodem modo cruor etiam ille sensu & anima carens, hominibus animam habentibus saluti fuit, non quòd sanguis esset, sed quia sanguinis huius typum gerebat. Cùm olim ianuas sanguine delibutas exterminator vidit, impetum facere non est ausus. Nunc, cùm diabolus, non corporis sanguinem foribus impositum, sed Veritatis cruorem, cruorem inquam Christiferi illius templi fidelium ori aspersum viderit, an non multò magis sese reprimet? Nam cum angelus figuram duntaxat conspiciat, reuerentia affectus sit, quantò magis diabolus conspiciat Veritate fugam capefferit?*

*Latus miles ille pupugit, ac sancti templi parietem effodit: atque ego thesaurum nactus sum, & opes accepi. Sic in agno quoque contigit. Iudæi agnum iugulabant: & ego sacrificium carpsi ex latere, sanguinem videlicet & aquam.*

*Quemadmodum mulier filium sanguine ac lacte suo alit: sic Christus eos quos genuit, simile sanguine suo semper alit.*

Quid agis homo? Christo presente, angelis astantibus, mensa proposita, fratribus tuis F  
 sacro epulo adhuc operam dantibus, tu relictis omnibus abscedis? Atque ad cenam, qui-  
 dem accitus, ac prius satiatus, reliquis tamen adhuc accumbentibus, ante amicos recedere  
 non audeas: hic autem, dum mysteria celebrantur, ac sacrosancta caerimonia adhuc con-  
 stat, cuncta inchoata relinquis, ac recedis? Et quamnam tandem haec Veniam, quamnam  
 Quibus si excusationem merentur? Vultisne dicam cuius opere fungantur, qui ante extremum En-  
 miles sint charistiae actum abscedunt, nec cantiones eas, quibus gratia Deo aguntur, ad mensa finem  
 qui ante in-cessarium. Cum Iudaeis extrema illa nocte extremae coena particeps factus est, accumbenti-  
 missa fi-cessarium. cum Iudaeis extrema illa nocte extremae coena particeps factus est, accumbenti-  
 nem abe-cessarium. cum Iudaeis extrema illa nocte extremae coena particeps factus est, accumbenti-  
 unt. cessarium. cum Iudaeis extrema illa nocte extremae coena particeps factus est, accumbenti-  
 Mat. 26. causam ille cum Iudaeis: hi cum Domino. Et hymno dicto, inquit, exierunt. Iam vides ex-  
 tremam eam orationem, qua sacrificium consequitur, exemplo illo fieri. Haec animo comple-  
 Etamur, haec consideremus. Iudicium illud, quod huic crimini constitutum est, perhorresca-  
 mus. Ipse tibi carnem suam impertit: tu ne verbis quidem ipsum remuneraris, nec pro acco-  
 pro munere gratias agis: verum percepto quidem corporeo alimento, ac sublata mensa, ad  
 orationem te confers, spirituali autem, ac creatura omni tam in oculorum sensum cadente,  
 quam ab oculis remota creatura praestantiori cibo fruens, qui homo es ac vilis natura, non  
 perstas, & verbis & rebus gratias agens? Quid tandem afferri potest, quin haec extremo H  
 cruciatu digna sint? Haec porro edico, non ut tumultuemini, & clamores exciteris: ve-  
 rum ut eam, quam decet, modestiam praevobis feratis. Mysteria & dicuntur, & san-  
 silentium sunt. Vbi autem mysteria, altum quoque silentium sit necesse est. Quamobrem cum multa  
 in Ecclesia compunctione, cum multa modestia, denique cum ea, qua nobis congruit, pietate sacrosan-  
 teneudis. Etum hoc sacrificium attingamus: quod Dei maiorem erga nos benevolentiam nobis concili-  
 liemus, ac per purgatis animis ita demum sempiterna bona consequi possimus.

De his qui in afflictione & cura & mærore versantur.

CAP. LI.

I

Job. 3.

7.



30.

19.

Psal. 6. 12.

17.

21. 24.

37.

43.

54. 68.

Quare data est misero lux, & vita his qui in amaritudine  
 sunt? Desiderant mortem, & non venit. Mors enim viro est  
 requies. Terrebis me per somnia, & per visiones horrore co-  
 cuties. Si dormiero, dico, Quando erit dies? Si surrexero rur-  
 sus, dico, Quando erit vespera? Plenus autem sum doloribus.

Dies mei transferunt in strepitu. Mortem vocavi patrem  
 meum. Vnanimiter venerunt tentationes in me. Desertus

sum ab omnibus. Perij, & sine domo factus sum. Nunc derident me iuniores

tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Fra-  
 tres mei recesserunt a me, alienos potius agnouerunt quam me. Amici autem mei K  
 immisericordes extiterunt. Famulum meum vocavi, & non obediuit mihi. Os

autem meum egebat, & supplicabam vxori meae. Miseremini mei amici mei, quia  
 manus Domini tetigit me. Venter meus quasi mustum inferbuit, & non tacebo.

Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, &c. Us-  
 quequo Domine obliuisceris mei in finem, &c. Circunderunt me dolores

mortis, &c. Factum est cor meum tanquam cera liquefens. Tribulationes  
 cordis mei multiplicatae sunt: de necessitatibus meis eripe me. Non est sanitas

in carne mea a facie irae tuae, &c. Cor meum conturbatum est, dereliquit me  
 virtus mea, &c. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem &

derisum his qui sunt in circuitu nostro. Humiliaisti nos in loco afflictionis,  
 &c. Humiliata est in puluere anima nostra, &c. Conturbatus sum in exerci-  
 tatione

tatione

- A** tatione mea, &c. Salua me Domine, quoniam intrauerunt aqua vsque ad animam meam. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Extraneus factus sum fratribus meis. Ego sum pauper & dolens: salus tua suscepit me. Citò anticipent nos misericordiae tuae: quia pauperes facti sumus nimis. Repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit. Et pauci facti sunt, & vexati sunt à tribulatione malorum & dolore. Spiritus tristis exsiccat ossa. Date siceram mœrentibus, & vinum his qui amarò sunt animo: vt obliuiscantur egestatis suae, & doloris sui non recorderentur amplius. Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi. Ego dormio, & cor meum vigilat.
- B** Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumnno racemos vindemiae, cum non sit botrus ad comedendum. Dixit Ionas: Tollite me, & proiicite in mare: & cessabit mare à vobis. Scio enim ego, quia propter me tempestas hæc grandis est super vos. Clamaui de tribulatione ad Dominum. Domine, tolle animam meam à me. Melius est enim mihi mori quàm viuere. Domine, in tribulatione recordati sumus tui: in tribulatione parua castigatio tua nobis fuit. Ventrem meum, ventrem meum doleo: sensus cordis mei turbati sunt in me. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrimarum: & plorabo die ac nocte interfectos filiae populi mei? Væ mihi mater mea, quare me genuisti, virum rixae, virum discordiae in vniuersa terra? Non profui, nec profuit mihi quisquam. Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi. Maledicta dies, in qua natus sum: dies, in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei? Contritum est cor meum in medio mei: cõtemuerunt omnia ossa mea: factus sum quasi vir ebrius, & quasi homo madidus à vino à facie Domini. Comedit me, deuorauit me Nabugodonosor rex Babylonis. reddidit me quasi vas inane: absorbuìt me quasi draco, repleuit ventrem suum teneritudine mea. Eiecerunt me labores mei in Babylonem. Anima, quae tristis est super magnitudinem mali, & incedit curua & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens, dat tibi gloriam & iustitiam Domine. Nemo gaudeat super me viduam & desolatam, & à multis derelictam. Ambulate filij, ambulate: ego enim derelicta sum sola. Exui me stola pacis, indui autem me sacco obsecrationis. Vidit Dominus tribulationem meam, quia magnificatus est inimicus. Vide Domine, quoniam tribulor: conturbatus est venter meus: subuersum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum. Repleuit me amaritudine, inebriaui me absinthio. Et fregit calculo dentes meos, cibauit me cinere, repulit à pace animam meam. Ne prouoces ad iracundiam hominem in anxietate sua: & hominem iratum ne insuper turbes. Ne irideas hominem in amaritudine animae suae. Est enim qui humiliat, & qui exaltat. Malitia horae obliuionem facit luxuriae magnae. Melior est mors quàm vita amara: & requies aeterna, quàm languor perseverans. Tristitiam non des animae tuae: & tristitiam longè expelle à te. Multos enim occidit tristitia: & non est utilitas in illa. A tristitia festinat mors, & cooperit virtutem. Ne dederis in tristitia cor tuum: sed repelle eam à te, & memento nouissimorum. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum caelorum. Cum venissemus autem in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugnae, intus timores. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos in aduentu Titi. Statui autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos. Si enim ego contristo vos, & quis

78.

87.

106.

Prou. 17.

31.

25.

Cant. 5.

Mich. 7.

Ion. 1.

Esa.

Hier. 4.

9.

5.

20.

23.

31.

Baruc. 2.

4.

Thren. 1.

3.

Ecc. 7.

11.

30.

38.

Act. 14.

2. Cor. 7.

2.

IOHANNES  
AMBROSIO  
OPERA

est qui me latificet, nisi qui cōtristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis, vt non cum venero, tristitiam super tristitiam habeā, de quibus oportuerat me gaudere.

Basil.  
Heb. 12.

Solet Deus ex gravissima atque immodica calamitate opem iis afferre, qui eam ab ipso requirunt. Morbo conflictaris? Aequo animo esto. Quem enim diligit Deus, castigat. In egestate versaris? Gaude: quia Lazari bona te excipient. Ignominia propter Dei nomen afficeris? Beatus es: quia huiusmodi ignominia in angelicam gloriam mutabitur. Quamobrem hoc nobis ipsis persuadeamus, fratres, tentationis tempore ad spes humanas minimè cōfugere, atque hinc nobis auxilium aucupari, verum in lachrimis & gemitibus, & diligenti precatatione, atque intento per vigilio orationes fundere. Sic enim auxilium de tribulatione capit, qui humanam opem vt vanam aspernat.

Psal. 59.

Gemitum societas ei solatium affert, qui in doloribus versatur.

Molesta est ijs obiurgatio, quorum animus mœrore afflictus ac profligatus est.

Accidit nonnunquam, vt commodum ad salutem pharmacum sit afflictio.

Naz.

Imperatores quoque humiles reddit calamitas.

Rebus molestis ne valde discrucieris. Nam quò minus molestia ex ijs conceperimus, hoc quoque minus molestæ erunt.

Pro ijs, quibus afficimur, incommodis, vel peccata dissolvimus: vel, si tot peccata nō habemus, luculentiores coronas accipimus.

Chrysof.

Si in cœlorum regnum ingredi studes, afflictionem accerse. Nam qui afflictionibus non premitur, non ingreditur: quandoquidem arcta est ianua.

Mat. 7.

Nili.

Qui seipsum in arcta via premit, hic quoque proculdubio diuinam illam latitudinē ac requiem, quæ in cœlesti aula est, consequetur. Qui autem in præsentī vita per delicias, ac temulentiam, & fluxam ac marcescentem gloriam, seipsum dilatat, haudquaquam illic introibit.

Imperavit tibi Deus, vt in die tribulationis ipsum inuoces. Quocirca non est cunctandū hoc facere: verum, cum semper alias, tum præsertim calamitosis temporibus Dei opem implorare oportet: vt hostibus ostendamus, nos verum acerbis acerbis minimè absorptos esse, verum cum fiducia oculos in Deum coniectos habere.

Cassian.

Tristitia  
spiritus  
grauē no-  
bis tenta-  
tionem in-  
fert.

Quintum nobis aduersus tristitiā spiritum certamen est, qui tantas animæ tenebras offundit, vt spirituales omnem contemplationem ipsi eripiat, eamque ab omni proba actione deterreat. Nam cum malus hic spiritus animam arripuerit, eamque prorsus caligine affecerit, iam nec eam preces cum alacritate fundere, nec sacrarum lectionum utilitati constanter incumbere sinit, non lenem, atque societatis cōmunicatiōisque cū fratribus cultorem esse hominem patitur. Imò ita eum afficit, vt ipsam quoque vitæ promissionem oderit. Quare hoc nobis propositum sit, vt spirituale certamen obeamus, atque quā diligentissime cor nostrum à tristitiā spiritu integrum seruemus. Vt enim tinea vestimentum,

simile.

vermis lignum, sic mœror hominis animam erodit, hoc nimirum ipsi persuadens, vt bonos omnes congressus cœrūque fugiat: ac ne à sinceris quidem amicis consilium capere sinens, nec denique benignum vllum ac pacatum responsum dare permittens. Quin potius, vbi animam omnino tenuerit, acerbitate ipsam & fastidio implet. Ac deinceps nobis hoc in mentem immittit, vt homines, tanquam nobis huiusce tristitiæ authores, fugiamus, aut quòd hac ratione molestiam quandam vitare debeamus, vt fornicationem, pecuniarum cupiditatem, iram, ac reliquos affectus. Hæc porrò per orationem, ac spem in Deum, & diuinarum Scripturarum meditationem, curatur.

## De morte, &amp; inferni statu.

## CAP. LII.

Iob. 7.



I descenderit homo in infernū, non ascendet vltra, neque cognoscat eū amplius locus eius. Terra tenebrosa, & caliginosa, terra tenebrarum æternarū, vbi non est lumen, nec vitam hominum videre licet.

Psal. 6.  
29.

Non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?

Nunquid



A Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam? Nunquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam, aut veritatem tuam in perditione? Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes, qui descendunt in infernum.

Altissimum quis laudabit in inferno? A mortuo quasi nihil sit, perit confessio. Non est in inferno argumentum vitæ. O mors, quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis, viro quieto, & cuius viæ prosperæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum. O mors, bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate, & cui de omnibus cura est, & incredibili, qui perdit patientiam.

Infernus & perditio non implentur.

B Mala, quæ in inferno sunt, Deum auctorem non habent, sed nos ipsos. Infernus commune hospitium est, & luctuum officina.

Prou. 27.

Infernus  
luctuum  
officina.

De mortuis: & quod eorum causa lugendum non sit.

C A P. L I I I.

VPER mortuo non incidetis carnes vestras.

Leuit. 19.



Doleo super te, frater mi Ionatha, decore nimis, & amabilis super amorem mulierum. Surrexit Dauid de terra, & lotus vinctusque est: cumque mutasset vestem, ingressus est domum Domini, & adorauit, & venit in domum suam, petiuitque ut ponerent ei panem, & comedit. Dixerunt autem ei serui sui:

2. Reg. 1.

12.

C

Quis est sermo quem fecisti? Propter infantem, cum adhuc viueret, ieiunabas & flebas: mortuo autem puero surrexisti, & comedisti panem. Qui ait, Propter infantem, dum adhuc viueret, ieiunavi & fleui. Dicebam enim: Quis scit si forte donet eum mihi Dominus, & uiuat infans? Nunc autem quia mortuus est, quare ieiuno? Nunquid eum potero reuocare amplius? Ego vadam magis ad eum: ille verò non reuertetur ad me.

Consumpserunt in bonis vitam suam: in quiete autem inferni dormierunt.

Iob. 21.

Ibi requieverunt fessi robore, & quondam vincti pariter sine molestia. Non audierunt vocem exactoris. Paruus & magnus ibi sunt, & seruus non timens dominum suum. Si mortuus fuerit homo, viuet, confectis diebus vitæ suæ. Ingrederis in abundantia sepulcrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.

3.

5.

D

Mors viro requies. Benedictio perituri veniebat super me.

29.

Melius est ire in domum luctus, quam in domum conuiuij. Cor sapientum, vbi tristitia est: & cor stultorum, vbi lætitia. Quoniam profectus est homo in domum seculi sui: & circumdederunt in foro qui plangunt. Sicut egressus est nudus de utero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo.

Eccl. 7.

5.

Melior est dies mortis, quam dies natiuitatis.

7.

Consummatus in breui expleuit tempora multa. Placita enim erat Domino anima illius. Idcirco properauit educere illum de medio iniquitatis.

Sap. 4.

Ne absis à plorantibus: & cum lugentibus luge. Noli lætari super mortuo:

Eccl. 7.

E

omnes enim morimur. Musica in luctu importuna narratio. Super mortuum plora: defecit enim lux eius. Luctus mortui septē dies. Fili, in mortuum produca chrimas, & quasi dira passus incipe plorare: & fac planctum secundum meritum eius vno die, vel duobus propter detractionem, & consolare propter tristitiam. Scito enim quia non est reuersio: & huic nihil proderis, & te ipsum offendes. A tristitia enim egreditur mors. Cum morietur homo, hereditabit serpentes & bestias, & vermes.

22.

38.

10.

*Nec mulieribus, nec viris permisum est luctui ac lacrimis impensius indulgere, verum hætenus dumtaxat, ut ex rebus tristibus ac molestis non nihil mæstitiæ contrahant, ac pau- lum quiddam illachrimant, idque taciti, ac non clamantes & eiulantes, nec vestem lacerantes, aut puluere se aspergentes, aut quicquid aliud huiusmodi rerum, quæ turpiter ab ijs affe-*

Basil. Ho. de gratiar. acti- oni. Eugredim

omnis im- Etantur, qui rerum humanarum imperiti sunt. Ignavi enim animi est, quique nihil ex spe F  
modicus divina nervorum collegerit, rebus adversis immodicè frangi atq; cōsternari. Ut enim vermes  
morer. in mollioribus potissimum arboribus generantur: sic etiam mœvres in tenerioribus homi-  
simile. num moribus produciuntur.

Chrys. Ne igitur in mortuum illum, quique oculos clausit, ac vocis expers iacet, intueri: verum  
resurgentem prospice, atque immortalē ac tremendam gloriā accipientem cerne. At fa-  
miliaritatem vitæq; consuetudinem requiris, eoque nomine luges & ploras atq; ingemiscis?  
Et quid afferre potes, quin hoc absurdè facias? Etenim si filiam cuiuspiam in matrimonio collo-  
cavis, ac deinde ille accepta ea in longinquam regionē abeat, illicq; in perpetua prosperitate  
versetur, nihil tibi graue ex huiusmodi peregrinatione accidisse censēs, verum prosperita-  
tis fama mœvorem consolaris. Hic autem, cum non homo, non amicus, nō cognatus, verum G

Non pro- Dominus ipsemet eū acceperit, equumne est nos angere ac lamentari? Quis autē fieri possit, in-  
hibetur moror, quies, ut a fletu ac lamētis is, qui homo est, abstinere queat? Ego verò hoc non dico: sed mœ-  
dummodo modū diabolicae operationis, muliebrisque animi. Dole sanè, lachrymas funde: verum ne iniquore  
non exce- atq; impatientiore animo hūc casum feras, neq; ob eā rē stomacheris. Gratias age ei, qui acce-  
dat. pit: ut eum qui hinc excessit, ornēs, ac funus eius præclare celebres. Nā si ægre, atq; infensō  
animo ipsi mortē feras, & ipsū contumelia afficis, & eū, qui accepit, ad iracundiā excitas,  
& tibi ipsi detrimētū affers. Si autē gratias agas, simul & ipsū exornas, & eū, qui accepit,  
Io. 11. gloria afficis, et de teipso bene mereris. Lachryma, ut Dominus tuus Lazari causa lachrymas  
fudit, modū videlicet nobis ac terminos mœvoris cōstituens: quos excedere minimè cōuenit. H

1. Theoph. Ad hunc namq; modū Paulus quoq; dixit: De dormientibus autē nolo vos ignorare fratres,  
ut nō cōristemini, sicut & ceteri qui spēs nō habēt. Mœstus sis: at nō ut Gētilis, qui de vi-  
ta sua nulla omnino spe est, quiq; futurā resurrectionē minimè intuetur. Credatis mihi ve-  
lim, charissimi: pudet me profecto, cū per vicōs trāseō, ac muliercularū turpiter se gerentiū  
chōros audio, quæ comā vellunt, genas lacerant, brachia incidūt. Quid igitur aduersum nos  
Gentiles dicturi sunt? Quid? An nō hi sunt qui de resurrectione sapienter disserūt: at in re-  
bus ipsis ea faciūt, quæ deploratæ salutis hominibus cōsentanea sūt. Nā si ipsis hoc persuā-  
sum esset, mortuos verè ad vitā redituros esse, haudquaquā ad hūc modū lugerēt. Quid tā-  
in Christia de est, quæ so, quamobrē eū, qui vitā cum morte cōmutauit, vsque adeo plores. Malū sine erat?  
no puden- dus est. Ergo hac de causa gratias agere debes, quia ipsius improbitas cōpressa est. At probis mori-  
bus erat? Hoc quoq; nomine te ampliores Deo gratias agere cōuenit, quod celerius rapto sit,  
antequā à probitate descisceret, ac Deus eū illuc assumpserit, vbi deinceps securè victurus  
sit, nec iā vlla mutatio suspectū ipsius animū habeat. At iuuenis erat? Et ob hoc quoq; gra-  
tia ei qui accepit habe, quod eū ad supernā Rempub. maturius acciuerit. At senex erat? Ob  
eā quoq; causam eū qui accepit, vberius lauda, rursūq; ipsi gratias age. Pudorē nobis ipsa  
funeris species incuriat. Ob id vota & psalmi, ac Dei laudes celebrātur, ut ne plores ac la-  
mētis, verum potius ut Deo, qui eū accepit, gratias agas. Quemadmodū enim eos, qui ad  
simile. imperiū et principatū vocātur, omnes honorificè prosequuntur: eodē modo hūc quoq; cū ma-  
gno honore comitantur, tanquam ad maiorem honorem ac dignitatem reipublicæ que admi-  
strationem vocatum. Requies mors est, atque ab huiusce vitæ sudoribus & curis libera-  
Mors re- quies est. tio. Ne igitur stomacheris, atque ægre feras: verum Deo gratias age.

Basil. Ho. Cur non ita te assuefecisti, ut mortalia de mortali sentires: verum cōmisisisti, ut tibi nec  
in Mar- opinati mors filij accideret? Cū tibi primū filij ortus nutritus est, si quis ex te sciscita-  
tyr. Iulit- tus fuisset, Qualis est hic infans, quid tandē respōdisses? An aliud quippiā dixisses, quam,  
tam. Homo est id quod natū est. Si autē homo, mortalis proculdubio. Quid igitur mirū, si mor-  
tuus est, qui mortali erat? An non Solem exorientem, ac rursus occidentem cernis? Lunam  
augefcentem, ac deinde senescētem? An non terram virentem, ac postea avescētem? Quid-  
nam eorum, quæ circa nos sunt, fixum ac stabile est? Quid hanc naturam habet, ut moueri  
atq; immutari nequeat? Suscipe cœlū, ac terram intueri. Ne hæc quidem sempiterna sunt.  
Mat. 24. Cœlum enim, inquit Christus, & terra transibūt. Stella de cœlo cadēt. Sol obtenebrabitur,  
& Luna non dabit lumen suum. Quid igitur mirum, si nos quoque, qui pars mundi sumus,  
eorum quoque, quibus mundus obnoxius est, participes sumus?

**A** Consuetudinis disunctio brutis quoque perpeſſu difficilima eſt. Nā & bouem aliquādo  
 Vidi, in præſepio lachrimas edentē, cum is mortuus eſſet, quocum pabulari ac iurum trabe  
 re ſolbat. Atque etiam reliquis animantes rationis expertes conſuetudini arctiſſimē hæ-  
 rentes cōſpicere licet. At tu nō ita eruditus atq; inſtitutus es. Verū, ut amicitia initium  
 ex longa familiaritate ac diuturna conſuetudine accipere haudquaquam abſurdum eſt:  
 ita, ob diuturnū uſum vitæque conſuetudinē, diſſunctionē poſtea lachrimis ac lamentis pro-  
 ſequi, ſtultū prorſus atq; à ratione alienū fuerit. Exēpli gratia: Vxor tibi vitæ ſocia obti-  
 git, omnē tibi, dum uiueret, voluptatē præbēs, hilaritatis artiſtex, iucunditates cōcilians, res  
 latas unā tecū augens, in triſtibus maximā moleſtiarū partē adimens. Iſſa porro repēte de  
 medio abripitur. Ne ob hāc calamitatē in furorem prorumpas, nec fortuitū quendā caſum,  
**B** id quod contingit, eſſe dicas, perinde videlicet ac nemo ſit, cuius cura ac prouidētia mundus  
 gubernetur: nec pietatis finibus excidas. Quoniā enim omninō duo in carne unā extitiſtis,  
 magnopere ſanē tibi ignoſcendū eſt acerbo animo diſſidium, ac cōiunctionis diuiſionem fe-  
 renti: at minimē tamen proinde aut cogitare, aut proloqui aliquid eorum, quæ non decent,  
 conducibile tibi fuerit. Velim enim iſtud animaduertas, quōd Deus, qui nos effinxit, ani-  
 māmque nobis indidit, propriū cuique uiuendi ſpatiū conceſſit, atque alias alijs exitus me-  
 tas præſcripſit. Etenim pro arcanis atque omni ſermone præſtātoribus ſapientiæ ſuæ ac iu-  
 ſtitia rationibus hunc diutius in carne manere voluit: illum autem corporis vinculis ocuus  
 exolui conſtituit. Quemadmodum ergo qui in vincula coniecti ſunt, partim diutius in  
 carcere incluſi afflictiſſantur, partim celeriſſimē ex huiusmodi ærumna eximuntur: ſic etiam  
**C** anima pro dignitatis cuiuſque ratione partim longiore temporis interuallo in hac vita de-  
 tinentur, partim minore: ſapienter nimirum, & profundē, ac præſtantiſſimē, quā humana  
 mens conſequi poſſit, Deo creatore noſtro res cuiuſque noſtrum gubernante ac moderante.  
 An Dauidem non audis dicentem, Educ de custodia animam meam? An non de ſancto Vi-  
 ro audiuiſti, quōd ſoluta ſit ipſius anima? Quid Simeon? Cum Dominū noſtrū cōplexus  
 eſt, quam Vocem emiſit? Nonne hanc, Nunc dimittis ſeruum tuū Domine? Huic enim, qui  
 ad ſupernam vitā concitato curſu tendit, omni cruciatus, ac quouis carcere acerbiſſimē eſt cum  
 corpore cōmoratio. Quocirca ne illud quæras, ut, quæ de animabus à Deo decernuntur, oble-  
 ſtationi tuæ obſcureſcat: Verū de his, qui tibi in vita coniuſti fuerunt, ac poſtea morte  
 dirempti ſunt, hoc cogites, eos Viatoribus eandem Viā obeuntibus, quiſque ob diuturnum in-  
 ter ſe commercium atque conſuetudinem amore deuincti ſunt, ſimiles eſſe. Illi etenim cum  
**D** cōmunem Viā aliquantiſſer emenſi, ſciſſam tandē eā reperiunt, neceſſitate iam Vtrūque  
 ſeparante, non cōſuetudine allecti deſident, ac propoſita negotia contemnit, verū cauſam  
 eā, quæ primū eos impulit, animo ac memoria repetentes, ad ſuū Vterque finem properāt.  
 Nec intempeſtiue mortes, neq; Vlla alia inſortunia, præter opinionem irruētia, nos un-  
 quā exterrebunt, ſiquidem pietatis doctrina inſtituti fuerimus. Verbi gratia: Filius mihi  
 iuuenis erat, ſolus Vita ſucceſſor, ſeneſctutis ſolatiū, generis ornamentū, æqualium ſuorum  
 decus, domus columen, eā atatis partem agens, quæ omniū ſuauiſſima eſt. Hic morte abre-  
 ptus exceſſit, ac terra & cinis factus eſt, qui paulō antē, & cum verba faceret, iucundē au-  
 diebatur, & amoeniſſimum paternis oculis ſpectaculum præbebat. Quid igitur faciā? Ve-  
 ſtēme concerpam, atque humi Volutari, & quiritari, ac dolore quodā intolerabili affici,  
**E** iſſque, qui ad ſunt, me, tanquam puerum aliqū ad verberū ictus exclamantē & palpitantē,  
 oſtendere ſuſtinebo? An potius ita me comparabo, ut neceſſitatem eorum, quæ cōtingunt,  
 mecum reputās, nempe mortis legē nemini parcere, verū per omnes atates æque graſſari,  
 atq; omnia prorſus, quæ cōpoſita & cōcreta ſunt, diſſoluere, huiusmodi eueū tanquā inuſi-  
 tato non cōturber, nec mentē meā enerti ſinā, Velut inopinata plaga deiectus ac cōminutus:  
 ut qui iam pridē hoc didicerim, quōd, cū mortalis eſſem, mortale quoq; ſlū habebā, quōdq;  
 nihil rerū humanarū firmū ſit, nec cū dominis in perpetuū permanere ſoleat: Verū ingē-  
 tes etiā & claræ ciuitates, atq; tum adificiorum ſplēdore, tum incolarum potētia, tum re-  
 liqua & regionis et fori libertate ac copia ornata, nunc in ruinis ſolis veteris magnificē-  
 tiæ ſigna ſerūt: & nauis, quæ per ſæpe incolumis è mari euasit, & innumeras negotiatoribus  
 merces geſtauit, unico Vēti impetu obruta ac de medio ſublata eſt: & exercitus, qui ſæpe  
 numero hoſtes prælio ſuperauerāt, in cōtrariū ipſis cōuerſa felicitate, miſerādū ſpectaculū

Ibid.  
 Bruta e-  
 tiam ani-  
 mantia  
 diſſun-  
 ctionem  
 mutuam  
 agre ſe-  
 runt.

ſimile.  
 Pſal. 141.  
 Luc. 1.  
 Ad cœ-  
 leſtem vi-  
 tam ſuſpi-  
 rati acer-  
 biſſima eſt  
 hac vita.  
 ſimile.

Ex Hom.  
 de grat.  
 action.



ac sermonis argumentum extiterunt: Gentes etiam vniuersae, & insulae, cum ad magnam presentiam peruenissent, ac multa & terra & mari trophaea erexissent, atque amplissimas opes ex hostium spoliis collegissent, aut vetustate consumptae sunt, aut captiuitate oppressae libertatem cum seruitute commutarunt. Atque, ut in genere dicam, nullum tantum nec tam intolerabile malum dicere queas, cuius iam vita humana exempla non habeat.

Ex Hom.  
6. Chry.  
in. 1. ad  
Theff.

Vide in epistola ad Thessalonicenses, quoniam modo scribat Apostolus: Noluitis vos ignorare de dormientibus. Non dixit, de mortuis: quò nimirum protinus ab initio consolationis fundamenta iaciat. Ut non contristemini sicut & ceteri qui spem non habent. Pligere igitur ac discrucari ob eos qui è viuis excefferunt, eorum demum est, qui spe carent. Animus enim de resurrectione nil sciens, verum mortem immortalem esse existi mans, non abs re tanquam ob perditos & extinctos angitur ac lamentatur, atque intolerabili luctu conficitur. Tu verò, qui resurrectionem expectas, cur lamentaris? Lamentari enim eorum est,

Gentiliis  
est nimis  
discrucia-  
ri.

qui spem non habent. Audite mulieres, quaecumque ad luctum propensa estis, atque in animi aegritudines intolerandum quendam in modum proruitis, quoniam vos id quod Gentilium est, facitis. Quòd si ob eos, qui è vita migrarunt, dolere, Gentile est, age, quorumnam quæso est pugnis sese contudere, ac genas laniare? Quid enim est cur lugeas, si eum ad vitam rediturum esse, ac non profusus peruisse credis, hancque rem nil aliud esse quam somnum ac dormitionem? Ob consuetudinem, inquis, & quia mihi praesidio erat, negotiaq; mea procurabat, ac denique omni officij genere me cõplectebatur. Cum ergo praematura adhuc aetate filium, qui non dum muneris quicquam obire valeat, amittis, quid luges? quid requiris? Bonae spei, inquis, notas praeferebat, ac mihi eum praesidio fore sperabam. Ob eam causam maritum desidero: ob eam causam filium. Atque idcirco in planctu ac luctu versor: non quòd resurrectioni diffidam, sed quòd auxilio destituta sum, quòd antistite, contubernali, atque in omnibus rebus socio, & consolatore caream. His non inibus in luctu sum. Quin is quidem resurrecturus sit, non me fugit: at intermedia disunctionem ferre nequeo. Ingens negotiorum turba ingruit: quibusuis iniuriam inferre volentibus pateo. Famulis, qui prius me metuebant, nunc sum contemptui. Si quis beneficiorum mariti mei immemor, aut si quis ab eo aliquo incommodo affectus in mortuum animo est, iram suam in me effundit. Haec sunt, quae me viduitatem aequo ac placido animo ferre non sinunt. His de causis peccatus tundo: his de causis lamentor. Quoniam igitur modo huiusmodi mulieres consolabimur?

Qua con-  
solatiomi  
lierculis  
lugentibus  
adhiben-  
da sit.

Quid dicemus? Quanam ratione dolorem earum propellemus? Primum eas coarguere tentabo, atque ostendere luctum ipsarum non hinc, sed ab inconsiderato affectu proficisci. Si enim haec tibi luctus causa est, eum, qui extremum vitae diem obiisset, perpetuis lachrimis prosequi oportebat. Cum ergo exacto anno ipsius memoriam perinde ex animo eicias, ac si nihil omnino tibi acerbi accidisset, perspicuum est te, nec eum, qui morte functus sit, nec propugnatores tuum atque antistitem flere. At disunctionem, consuetudinisque diuisionem ferre non potes? Quid hic dixerint, quae ad secunda vota conuolant? Sanè verò. Non enim priores maritos requirunt. Verum ad has sermonem minime conuertamus, sed ad eas, quae mortuis benevolentiam constanter seruant. Cur filium luges? Cur virum? Alterum, inquis, quia eo mihi frui non licuit: alterum, quia fore sperabam, ut diutius ipso fruere. Iam hoc ipsum quantae infidelitatis est, ita existimare, praesidium tuum in marito tuo vel filio,

Cur Deus  
interdum  
eos, quos  
charos ha-  
bemus, no-  
bis eri-  
piat.

ac non in Deo positum fuisse? An non putas Deum à te iracundia commoueri? Saepenumero enim eos idcirco accipit, ut ne ipsis tanquam vinculis quibusdam astricta sis, verum ab eis spem tuam abducas. Deus enim zelotypia flagrat, atque omnium maxime à nobis amari vult. idque, quia nos maiorem in modum amat. Nostis enim hunc eorum, qui ardenti quodam atque insano amore tenentur, morem esse. Ingenti enim zelotypia laborant, ac vitam potius abiciendam duxerint, quam à rivalibus suis superari. Ob hanc igitur causam eum accepit, ob haec inquam verba tua. Illud enim mihi dicas velim, ecquid causa sit, quamobrem nec viduitates nec orbitates praematurae olim contingerent? Cur Abrahamus & Isaac diu viuere permisit? Nempe quia viuente etiam ipso Deum chariorè habebat. Simul enim atque dixit, Immola, immolauit. Cur Saram ad tantam senectutem prouexit? Nimirum quia viuente etià ipsa Deum potius quam ipsam audiebat. Ob id enim Deus ad eum dicebat, Audi vocem Sarae uxoris tuae. Tum nec propter viri, nec propter uxoris amicitiam, nec propter filij

**A** filij praesidium quisquam Deum ad iram prouocabat. Nunc vero, quia in terram proni atque abiecti sumus, atque & Viri uxores Deo chariores habemus, & uxores vicissim maritos Deo anteponimus, idcirco nos inuitos etiam ac repugnantes ad sui amorem trahit. Maritum amplius quam Deum ne ames: & viduitatem nunquam experieris. Quin potius etiam si id acciderit, nullo ipsius sensu afficeris. Quid ita? Quia immortalem patronum atque antistitem habes, qui te impensius amet. Si Deus marito tibi charior est, ne lugeas. Nam is, qui a te vehementius amatur, immortalis est, nec te finit eius, quem minus charum habeas, sensu affici. Id autem exemplo tibi perspicuum faciam. Dic quae so, si virum haberes omnia ex sententia tua facientem florentem & conspicuum, ubique splendidum, ac summa auctoritate praeditum, omnium laudibus celebrem, prudentem, sapientem, teque amantem, ac

*Ardens erga Deum amor de charorum hominum morte luctum nobis minuit.*

**B** denique eiusmodi, ut ob eum beata censereris, postea autem filium quoque ipsi pareres, atque is, antequam ad maturam aetatem peruenisset, extremo vita die fungeretur, hancne iacturam persentireceres? Minime sane. Nam is, qui tibi charior est, calamitatem eam obrueret & obscuraret. Eodem modo nunc quoque, si Deum magis quam maritum ames, maxime quidem non cum prope capiet: quod si etiam ceperit, luctum inde nullum senties. Ob idque beatus quoque ille Iob, cum repentinus filiorum interitus ad eum allatus fuisset, haudquaquam angebatur: quod minus eos quam Deum amaret. Viuente igitur eo quem eximie amabat, nihil illa omnia ipsi molesti et allatura erant. Quid ais mulier? Maritus & filius tibi praesidio erant? Quid? Deusne tibi consultum non vult? Maritum autem ipsum equis tibi dedit? An non ipse? Te vero ipsam quis fecit? An non ipse? Quid? Isne qui te ex nihilo in ortum produxit, animamque tibi inspirauit, metemque indidit, qui tibi numinis sui cognitionem benignè impertiuit, atque adeo tua causa vni genito filio suo minime pepercit, tuis commodis minime prospicit, conseruus autè prospicit? Quanta haec verba iram merentur? Quid huiusmodi a marito habuisti? Nā si quid beneficii in te contulit, at id fecit beneficiis abs te prius affectus. In Deo autem nil tale dicere queas. Neque enim ullis nostris beneficiis prouocatus Deus tot tantisque nos beneficiis complectitur: verum nulla re ipse indigens, bonitate sola ad bene de hominum genere promerendum adducitur. Regnum, vitam immortalem, gloriam tibi promisit, adoptionem dedit, coheredem vni geniti fecit. Tu vero post tanta beneficia, mariti meministi, eiusque morte moeres? Quid tale tibi largitus est? Deus solè suum

*Iob. 1.*

*Mat. 7.*

**C** oriri fecit, pluiam dedit, annuis tibi cibis te alit. O nos magna ingratitude nomine miseros! Ob eam causam maritum tuum rapit, ne eum requiras. At tu mortuum velut mordicus retines, atque insuper Deum relinquis: cum contra gratias ipsi agere, atque omnia in eum reijcere oporteret. Quid enim a marito consecuta es? Partus dolores, labores, contumelias, maledicta saepe, atque obiurgationes & indignationes? An non haec sunt, quae a maritis vobis accidunt? At, inquis, alia quoque leta sunt. Quae tandem illa? Magnificis vestibus te exornauit? Auro faciem tuam cinxit? Venerationem tibi apud omnes conciliauit? At, si volueris, mortuo quoque ipso longe melius ac praestantius ornaberis. Auro enim multo admirabiliorem feminam pudicitia reddit. Habet hic quoque rex vestimenta, non talia, sed longe excellentiora. His si tibi cordi est, induere. Quenam autem sunt huiusmodi indumenta? Vestis est, aureas simbrias habens. Si vis, animam indue. At, inquis, maritus meus ab hominum contemptu me vindicabat. Et quid hoc magnum? Viduitas certe non finit te demomonibus in contemptum venire. Tunc famulis tuis imperabas: si tamen imperabas. Nunc autem famulorum loco incorporeis copijs, ac principatibus & potestatibus, atque adeo ipsi mundi rectori imperas. At quisnam relictos filios educaturus sit, anxij animi es? Pater

*Quid a maritis uxores consequatur.*

*Psal. 67.*

*Luc. 12.*

**E** orphanorum curam ipsorum geret. Quis enim, dic quae so, ipsos tibi dedit? An non Dominum audis, in Euangelijs dicentem, Anima pluris est quam esca, & corpus plusquam vestimentum? Vidēsne quemadmodum non a consuetudine, sed ab infidelitate luctus nobis oriatur? At patre vita functo non iam aequè clari atque illustres filii sunt? Qui verò fieri potest, ut cum patrem Deum habeant, non clari sint? Quot homines tibi ostendere queam a viduis educatos, ac splendorem consecutos? Quot rursum, qui a patribus educati, corruptis tamen moribus fuerint, ac misere perierint? Nec verò eos intuearis, qui aureis zonis cincti sunt, nec eos qui equis feruntur, aut qui in imperatorum aulis collucent, atque asseclas & pedagogos habent. Haec enim fortasse sunt, quae viduis ob pupillos planctum cient, cum scilicet id secum re-

patant, Hic quoque filius meus, si pater ipsius adhuc superstes esset, pari felicitate frueretur: nunc autem in mœrore atque contemptu est, nulloque omnino in pretio habetur. Ne, inquam, hæc cogites, mulier: Verum animo atque cogitatione cœli portas aperi, atque illud palatium cognosce, regemque illic confidentem cerne. Perp̄de cum animo tuo, an hi, qui in terra sunt, illic filio tuo clariores esse possint: ac tum ingemisce. Si autem nonnulli in terra clari ac celebres sunt, nihili hoc aestimandū est. Potes, si lubet, illum in cœlis militem scribere, atque in illam militiam accensere. Nam qui illic accensentur, non equis vehuntur, sed nubibus: non in terra ambulant, sed in cœlum rapiuntur: non pueros habent qui præcāt, sed angelos ipsos: non mortali regi astant, sed immortalī, ac regi regum, & domino dominantiu: non pellicea zona cinctos lumbos habent, sed gloria illa omnē sermonis facultatem excedente cincti sunt: atque adeo ipsos quoque imperatores, cunctosque, qui unquam gloria floruerūt, splendore superant. Etenim in illa aula non diuitiæ, non nobilitas, aut aliud quicquam eiusmodi requiritur: sed virtus duntaxat. Hac enim præsentē nihil deest, quominus quisquam primarios honoris gradus adipiscatur. Anulsa es à viro? At Christo coniuncta es. Conseruū non habes qui tecum colloquatur? At Dominum habes. Dic enim queso, cum oras, an non Deum alloqueris? Rursus, cum legis, an non eum te alloquentē audis? Quidnam autem tibi loquitur? Verba certē multo suauiora, quam maritus solebat. Nam etiamsi maritus verborū blanditiis te demulceat, hoc tamen non in magno honore ponendū est: quippe cū tuus conseruus sit. At cū Dominus ancillæ blanditur, tum verò ingens huiusmodi obsequiū censendū est. Quonam igitur modo nos blandis sermonibus delinias, audi. Venite ad me, inquit, omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiā vos. Ac rursus per Prophetam ad hunc modum clamat: Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui, dicit Dominus.

45. Quantam tādē amoris vim hæc verba præ se ferunt? Ac rursus: Conuertimini ad me, & salui eritis. Ac rursus: Conuertere ad me, & saluus eris. Quid si etiā quispiam ex Canticis loca seligere velit, adhuc magis mystica audiet, nempe cū Deus animam se dignam ita alloquitur, Formosa mea, columba mea. Quid his verbis incundius? Vidēsne Dei cum hominibus colloquium? Quæ cū ita sint, patientiam præsta, vt sempiterna bona consequaris.

Num adamantino pectore Iob erat? Num ipsius viscera ferro constabant? Exiguo temporis momento decem ipsi filij vna plaga conciderunt: diabolo scilicet in domo latitiæ, atque epularum & oblectationis tempore, domus ruina eos opprimentē. Vidit mensam cruore conspersam. Vidit filios dispari quidem tempore in lucem editos, simul autem è vita sublatos. Non ingemuit, non comam euulsit, non vocem vllam ignauam emisit: Verum præclaram illam atque omnium laude ac prædicatione celebratam fidenti animo prolocutus est, Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum in secula. Num durus quispiam homo erat, atque eiusmodi qui aliorum miseriis minimè commoueretur? Quī tandem istud, cū ipsemet de se dicat,

30. Flebam cum eo qui afflictus erat?

Ignominia affectus es? Ad gloriam eam, quæ per patientiam in cœlis recondita est, oculos conijce. Detrimentum accepisti? In cœlestes diuitias oculorum aciem fige, atque in eum thesaurum, quem per probas actiones tibi condidisti. Patria pulsus es? At patriam habes cœlestem Hierusalem. Filium amisisti? At angelos habes, quibuscum circa Dei thronum choros agitabis, ac sempiterna voluptate afficeris. Ad hunc nimirum modum præsentibus molestiis bona in spe atque expectatione posita opponens, tranquillum ac mœrore vacuum animi statum tibi ipsi conseruabis. Ad quem scilicet nos Apostoli lex inuitat.

Da operam, vt nec res secundæ nimiam latitiam animo tuo afferant: nec rursus molestiæ atque acerbiæ ipsius hilaritatem mœstitia & contractione deiciant.

Basil. in  
Martyr.  
Iulii.

In lugentium calamitatibus tristem esse consentaneū est. Etenim ita demum eorum, qui dolent, animos tibi conciliabis, si nec in eorū acerbis casibus hilarem animum præ te feras, nec alienos dolores susque deque habeas. Non tamen cū ijs, qui mœrent, immodico mœrore efferi conuenit, nec cum eo, qui aduersa fortuna conflictatur, exclamare atque afflictari,

aut

A aut in aliis rebus eum imitari ac sequi, cui calamitas tenebras offudit. Hinc enim calamitatem potius auxeris, quam lenieris.

Qui iacentem erigere cupit, eo qui prostratus est, sublimior omnino esse debet. Nam qui <sup>ibid.</sup> item concidit, altero quoque ipse, à quo excitetur, opus habet. At verò rerum euentibus submorderi, ac tacite cum morientibus contristari æquum est.

Cur non opes nostras prudenti Domino ad ipsius voluntatem & arbitrium administrandas committimus, verum tanquam propriis rebus spoliati, excandescimus, atque eorum, qui ex hac vita decesserunt, tanquam iniuria affectorum, vicem dolemus?

Hoc nomine discruciemur, quòd in his sepulcris, quæ circumferimus, diuturnior moram trahimus: & qui Diij facti sumus, peccati mortem, vt homines, obimus.

B Quandiu adhuc mortuum lugebimus? An non ad idem domicilium contendimus? An Nat. in non quamprimum eundem lapidem subituri sumus? An non idem puluis cõfestim erimus? <sup>funer. Cæ.</sup> Huiusmodi vita nostra est, fratres, huiusmodi terra ludicrum: vt cum non simus, nascamur, & nati rursus aliò migremus.

Ne filij tui quieti, ò homo, inuideas: verum illud noscas, eum, qui mortuus est, ad meliorem letitiam migrasse, atque ad præstantiorem regionem sese contulisse: teque non filium amisisse, verum in tuta iam sede collocasse. <sup>Chrysof.</sup> Caue igitur dicas, Non iam pater vocabor. Quid enim est, quæso, quamobrem manente filio pater iam appellari desinas? Num enim puerum perdidisti? Num filij iacturam fecisti? Imò verò potius adeptus es, ac certius habes. Ob idque non hic tantum, sed etiam in cælo pater vocaris.

C Propter mortuum noli lamentari. Commune enim hoc iter est: ac beatus qui anteuertit. <sup>Nili:</sup>

De morte, ac mortis metu.

CAP. LIIII.

**F**ACTA est fames in terra: descenditque Abram in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi. Dixitque Sarai vxori suæ: Noui quòd pulchra sis mulier, & quòd cum viderint te Ægyptij, dicturi sunt, Vxor illius est, & interficient me, & te referuabunt. Dic ergo, obsecro te, quòd soror mea sis: vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui, &c. <sup>Gen. 12.</sup> Abraham peregrinatus est in Geraris. Dixitque de Sara vxore sua, Soror mea est. Timuit enim dicere, Vxor mea est, ne forte interficerent eum viri ciuitatis, &c. <sup>cap. 20.</sup> Et dixit

D Abimelech ad Abraham, Quare hoc fecisti? Respondit Abraham, Cogitauim eum, dicens: Forsitan non est timor Dei in loco isto, & interficient me propter vxorem meam.

Eodem modo Isaac peregrinatus est in Geraris, & eodem modo Rebecca locutus est. <sup>Gen. 26.</sup>

Timuit Dauid à facie Achis regis Geth. Et immutauit os suum, & collabatur inter manus eorum, & impingebat in ostia portæ, defluebantque saliuæ in eius barbam. <sup>1. Reg. 21.</sup>

Misit Iezabel nuncium ad Eliam, dicens, Hæc mihi faciant Diij, & hæc addât, nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut animam vnus ex illis. Timuit ergo Elias, & furgens abiit, & perrexit in desertum viam vnus diei, &c. <sup>3. Reg. 19.</sup>

E Tunc Discipuli relicto Iesu fugerunt. <sup>Mat. 26.</sup>

Omnibus hominibus istud insitum est, vt mortem extimescant. <sup>Cyrill.</sup>

De mari.

CAP. LV.

**Q**ORTITVDINE sua sedauit mare: scientia autem strauit concauitatem eius. Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat, quasi de vulua procedens: Cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantia obuoluerem? Circumdedi illud terminis meis, & posui vectem & ostia. Et dixi, Vsq̄uehuc venies, & non procedes am- <sup>1ob. 38.</sup>

Q iij

- plius, & hinc confringes tumentes fluctus tuos. F
- Isa. 72.* Congregans sicut in vtre aquas maris, &c. Qui conturbat profundum maris, &c. Tu confirmasti in virtute tua mare. Hoc mare magnum & spatiosum manus: illic reptilia, quorum non est numerus. Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo, &c.
- Eccl. 1.* Omnia flumina intrant in mare: & mare non redundat.
- Prov. 8.* Quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos.
- Esai. 43.* Dominus qui dat viam in mari: & in aqua forti semitam.
- Hier. 5.* Qui posuit arenam terminum mari, praeceptum sempiternum quod non praeteribit. Et commouebuntur, & non poterunt: & intumescunt fluctus eius, & non transibunt illud. Qui conturbat mare, & sedat fluctus eius: Dominus omnipotens nomen eius. G
- Sap. 14.* Ut naus merces ferat, homines excogitarunt, & artifex sapientia fabricauit sua. Tua autem prouidentia gubernat: quoniam dedisti & in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimam, ostendens quoniam potens es ex omnibus saluare, etiam si sine arte aliqui adeat mare. Sed ut non essent vacua sapientiae opera. Propter hoc etiam exiguo ligno credunt homines animas suas, & transmittentes mare per ratem liberati sunt.
- Eccl. 43.* Qui nauigant mare, enarrant pericula eius: & audientes auribus nostris admirabimur. Illic praecleara opera, & admirabilia: varia bestiarum genera, & creatura H belluarum.
- Basl. Ho. 4. in Hexam. Hier. 5.* Saepenumero mare a ventis in furorem actum, ac fluctibus in summam magnitudinem assurgens, simulatque littora duntaxat contigerit, impetu suo in spumam dissoluto reuertitur. An non me timebitis, dicit Dominus, qui pono arenam terminum mari? Arena, qua nihil imbecillius est, mare, quod vis ventorum intolerabile reddit, non secus ac freno quodam, coercetur.
- Ibid.* Incundum spectaculum albescens mare: cum videlicet firma tranquillitas ipsum obtinet. Incundum item, cum lenibus auris tergem crispans, purpureum aut caeruleum colorem intuentium oculis iniicit, nec vicinam continentem vehementius verberat, sed tanquam amicis quibusdam & pacatis complexibus eam consalutat. I
- Ibid.* Mare terras longe inter se distitas nexu suo copulat, liberum videlicet nauigantibus commercium praebens. Atque & mercatoribus opes conciliat, & vitae penurias facile sarcit: ut quae, tum iis, qui rerum copia abundant, id afferat, ut ea exportare possint, tum iis, qui inopia conflantur, hoc efficiat, ut ea quibus carent, comparare queant.
- NaX. Orat. 2. de Theolog.* Si maris magnitudinem admirari ac suspicere non possem, lenitatem ipsius admirarer, quoque pacto solutum intra metas suas sese contineat. Si autem lenitatem admirari non possem, magnitudinem certe admiratione prosequer. Quoniam autem utrumque ipsi inest, ipsius in utroque potentiam praedicabo. Quid ipsum coegit? Quid tanquam vinculis quibusdam astrinxit? Quonam modo attollitur, & intra terminos suos consistit, velut vicinam terram verita? Qui fit, ut & fluuios omnes capiat, & tamen ob exuberantem suam copiam eadem semper maneat? Quonam pacto arena ipsi limes est, tam magno elemento? Praeceptum circumdedit super faciem aquae. Hoc nimirum liquidae naturae vinculum est. Quonam item modo terrestrem nauilium exigui ligni ac venti ope ducit (non admiratione afficeris hoc intuens? non obstupescit mens tua?) ut per commercium ob necessarios usus mare ac terra inter se vinciantur, atque in unum homini ea coeant, quae natura tantopere inter se disident?
- Idem Orat. 1. de Pace. Chrys.* Nam quid de mari ac terra dicam, quae leniter ac placide inter se miscentur, ac, dum benigne inuicem communicant & accipiunt, hominem alunt, opes nimirum suas copiose ac profuse ipsi suppeditantia?
- Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera



**A** opera Domini, & mirabilia eius in profundo. Quænam mirabilia? Mare ad nubes usque intumescens, terram in mediis aquis elucentem, nauim è sublimi fluctu pendentem, ac nunc per uadum cauitatem tanquam in præceps labentem, ac subsidentem, nunc rursus at-tollentibus sese fluctibus in ærem tanquam funda quadam elatam.

Ventorum impetu ab imo fundo perturbatum mare, atque ingenti vi impulsum, arena terminos minime transilit. Terminum enim, inquit ille, posuisti, quod non præteribit. Ve-rum cum fluctus è pelago volutus percurrerit, atque æstuans sese excavarit, ac quodammodo rugiens intumuerit, & in littora elatus propenderit, diuinam legem in arena im-pressam legit, statimque refringitur & reuoluitur, ac velut reuerentia quadam ac metu affectus in caput relabitur, atque in sese dilabitur: nec impostas sibi arenae metas excedit.

**B** O singulare miraculum! ingens illud atque horrendum mare ab arena, hoc est re instabili, quæq; facile huc atq; illuc disici potest, tanquã muro quodam obsepitur: ac terra tenuis & lanuginosa, quæq; à ventis huc atque illuc spargitur, furentes fluctus frænat ac reprimi-t.

Mare admirari operæpretium est, cuius beneficio terræ bonorum commutationes inter se vicissim pendunt: atq; ea, quibus carent, accipiunt, & ea, quibus abundat, remittunt.

De filiabus.

CAP. LVII.



**M**ulier si quippiam voverit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cogno-uerit pater votum quod pollicita est, & iuramentum quo obli-gauit animam suam, & tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita est, & iurauit, opere complebit. Sin autem statim vt audierit, cõ-tadixerit pater: & vota, & iuramenta eius irrita erunt, nec ob-noxia tenebitur sponcioni, eò quòd contradixerit pater.

Filiæ tibi sunt? Serua corpus illarum, & non ostendas faciem tuam hilarem ad illas. Trade filiam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam. Filia patri abscondita est vigilia: & cura ipsius submouet somnum. In filia impudente firma custodia. Filia fatua in deminoratione est. Filia prudens hæreditatem afferet viro suo: nam quæ confundit, in mœrorem fit genitoris. Patrem & virum confundit audax: ab vtrisque autem inhonorabitur.

**D** Volo adolescentulas nubere, filios pro creare, matres familias esse.

Quòd nemini temerè confidendum sit.

CAP. LVIII.



**N**olite credere amico: & nolite confidere in duce: ab ea quæ dor-mit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Quia filius contumeliam fa-cit patri, & filia confurgit aduersus matrem suam, nurus aduersus so-crum suam: & inimici hominis domestici eius.

**E** Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo nõ habeat custodiam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit.

Coram extraneo ne facias quicquam absconditum: nescis enim quid pariet. Non omni homini cor tuum manifestes: ne fortè conuities tibi. Ne consilium in eas cum homine tibi inuidente: & ab æmulatoribus abstraha consilium tuum.

De messe & vindemia.

CAP. LVIII.



**V**m messueris segetes terræ tuæ, non tondebis usque ad solum superfi-ciem terræ, nec remanentes spicas colliges. Neque in vinea tua racemos, & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes.

*Deut. 22.* **S**I AMBVLANS per viam, in arbore vel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis desuper incubantem, non tenebis eam cum filiis, sed abire patieris, captos tenens filios, vt bene sit tibi, & longo viuas tempore.

De curationibus à Domino & à Prophetis factis.

CAP. LX.

- 4. Reg. 5.* **V**ENIT Naaman cum equis & curribus, & stetit ad ostium domus Elisei: misitque ad eum Eliseus nuntium, dicens: Vade, & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman recedebat, dicens, Putabam quòd egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me. Nunquid non meliores sunt Abana & Pharphar fluij Damasci omnibus aquis Israël, vt lauer in eis, & munder? Cùm ergo abiret indignans, accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei, Pater, si rem grandem dixisset Propheta, facere debueras: quantò magis quia nunc dixit tibi, Lauare, & mundaberis? Descendit igitur, & lauit in Iordane septies iuxta sermonem viri Dei, & restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli, & mundatus est.
- 4. Reg. 20.* Antequàm egrederetur Esaias mediam partem atrij, factus est sermo Dei ad eum, dicens: Reuertere, & dic Ezechia duci populi mei: Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui. Audiui orationem tuam, & vidi lachrimas tuas, & ecce sanauit te die tertio ascèdes templum Domini. Et addam diebus tuis quindecim annos: sed & de manu regis Assyriorum liberabo te, & ciuitatem hanc.
- Mat. 8.* Cùm descendisset Iesus de monte, secuta sunt eum turbæ multæ. Et ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens, Volo. Mundare. Et confestim mundata est lepra eius.
- ibid.* Cùm intrasset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Iesus, Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait, Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, Vade, & vadit: & alij, Veni, & venit: & seruo meo, Fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus, miratus est: & sequètibz se dixit, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël. Et dixit Centurioni, Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et cùm venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem, & febricitantem. Et tetigit manum eius, & dimisit eam febris.
- Mat. 9.* Transeunte Iesu, secuti sunt eum duo cæci, clamâtes, & dicentes: Miserere nostri, fili Dauid. Dicit eis Iesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei, Vtique Domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens, Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum. Egressis autem illis, obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem. Et eiecto dæmonio, locutus est mutus.
- Mat. 12.* Et cùm inde transisset, venit in synagogam eorum. Et ecce homo habens manum aridam. Et interrogabant eum, dicentes, Si licet sabbatis curare? At ait homini, Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est sanitati sicut altera.
- Mat. 14.* Obtulerunt ei omnes malè habentes. Et rogabant eum, vt vel solùm fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quotquot tetigerunt, salui facti sunt.
- Mat. 15.* Et ecce mulier Chanæa à finibus illis egressa, clamauit, dicens ei: Miserere mei Dñe, &c. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos,

A claudos, debiles, & alios multos. Et proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos.

Accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum, dicens: Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur. Nam sæpè cadit in igne, & crebro in aquam. Et dixit Iesus, Afferte illum huc. Et increpauit illum Iesus: & exiit ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora. *Mat. 17.*

Ecce duo cæci sedentes secus viam, audierunt quia Iesus transiret: & clamarunt, dicentes: Domine, miserere nostri fili Dauid. Et stetit Iesus, & vocauit eos; & ait, Quid vultis vt vobis faciam? Dicunt illi: Domine, vt aperiatur oculi nostri. Misertus autem illorum Iesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum. *Mat. 20.*

B Erat quidam homo triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Et dixit ei Iesus, Vis sanus fieri? &c. *Io. 5.*

Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei, Vade, laua in natatoria Siloë. Abiit ergo, & lauit, & venit videns. *Io. 9.*

Ecce vir, cui nomen Iairus: & cecidit ad pedes Iesu, rogans eum, vt intraret in domum suam: quia vnica filia erat ei, ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit, dum iret, à turba comprimebatur. Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim. Accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius. *Luc. 8.*

C Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem synagogæ, dicens ei: Quia filia tua mortua est, noli vexare illum. Iesus autem cum venisset domum, tenens manum puellæ, clamauit, dicens: Puella surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. *Ibid.*

Ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec poterat sursum respicere. Quam cum videret Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est. *Luc. 13.*

Erat homo in spiritu immundo: & exclamauit, dicens, Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti ante tempus perdere nos. Et comminatus est ei Iesus, dicens: Obmutescè, & exi ab homine. Et exiit ab eo. *Marc. 1.*

D Et venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur. Et cum non possent offerre illi eum præ turba, nudauerunt tectum vbi erat: & patefacientes, submiserunt grabatum, in quo paralyticus iacebat. Cum autem vidisset Iesus fidem illorum, ait paralytico, Fili, dimittuntur tibi peccata tua. Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Et statim surrexit ille: & sublato grabato abiit. *Mar. 2.*

Et venit Iesus in regionem Gerasenorum. Et exeunti ei de nauis, statim occurrit ei de monumentis homo in spiritu immundo. Videns autem Iesum à longè, cucurrit, & adorauit eum: & clamans voce magna, dixit: Quid mihi & tibi Iesu fili Dei altissimi? A diuro te per Deum ne me torqueas. Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est? Et dicit ei: Legio mihi nomen est: quia multi sumus. Et deprecabantur eum multum, ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus, pascens. Et deprecabantur eum spiritus, dicentes, Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Et concessit eis Iesus. Et exeuntes spiritus immundi, introierunt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus est in mare ad duo millia, & suffocati sunt in mari. *Mar. 5.*

E Et adducunt ei surdum & mutum: & deprecabantur eum, vt imponeret illi manum. Et apprehendens eum de turba scorum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuens, tetigit linguam eius. Et statim sanatus est. *Mar. 7.*

Adducunt ei cæcum: & rogabant eum, vt illum tangeret. Et apprehensa manu cæci, in oculos eius imposuit manus suas. Et respexit. *Mar. 8.*

Et dixit Petrus: Argentum & aurum non est mihi. Quod autem habeo, hoc *Act. 3.*

tibi do. In nomine Iesu Christi surge, & ambula. Et protinus consolidatae sunt bases eius & plantae, & ambulabat.

5. Per manus autem Apostolorum fiebant signa & prodigia magna in plebe: ita ut in plateas eicerent infirmos, ut veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quenquam illorum.
9. Factum est ut Petrus, dum transfret uniuersos, deueniret ad sanctos qui habitabant Lyddae. Inuenit autem ibi hominem quendam nomine Aeneam, ab annis octo iacentem in grabbato, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus: Aenea, sanet te Dominus Iesus Christus. Et continuo sanatus est.
14. Et quidam vir Lystris infirmis pedibus sedebat, claudus ex utero matris suae, qui nunquam ambulauerat. Hunc intuitus Paulus, & videns quia fidem haberet, ut saluus fieret, dixit magna voce, Surge super pedes tuos rectus. Et exiliuit, & ambulauit.
16. Puella quaedam habens spiritum pythonem transeuntibus ipsis, clamabat, dicens: Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annunciant vobis viam salutis. Dolens autem Paulus, & conuersus, spiritui dixit, Praecipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea.
17. Contigit autem patrem Publij febribus & dysenteria vexatum iacere. Ad quem Paulus intrauit: & cum orasset, & imposuisset ei manus, sanauit eum.

*De suppellectile sacra: & quod homini priuato vas sacrum tangere non liceat.* H  
CAP. LXI.

2. Reg. 6.



XTENDIT Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate: qui mortuus est ibi iuxta arcam Domini.

1. Par. 15.

Dixit Dauid: Non licebit ferre arcam Dei, nisi solis Leuitis: quoniam Deus elegit eos, ut ministrarent in seculum.

2. Par. 26.

Restiterunt sacerdotes Oziae regi, & dixerunt: Non est tui officij Ozia, ut adoleas incensum Domino: sed sacerdotum, hoc est filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium. Egredere de sanctuario, ne contempseris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc a Domino Deo. Iratusque Ozias, & tenens in manu thuribulum, ut adoleret incensum, minabatur sacerdotibus. Statimque orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus in domo Domini super altare thymiamatis.

*De supplicantibus: & quod orantium supplicationes admittere oporteat.*  
CAP. LXII.

2. Reg. 19.



SEMEI autem filius Gera, prostratus coram rege, cum iam transisset Iordanem, dixit ad eum: Ne reputes mihi Domine mihi iniquitatem, neque memineris iniuriarum serui tui, in die qua egressus es Domine mi rex de Hierusalem. Et dixit rex, Non morieris. Et iurauit ipsi.

3. Reg. 13.

Extendit manum suam Hieroboam, dicens, Apprehendite eum. Et exaruit manus eius, quam extenderat contra eum, nec valuit eam retrahere ad se. Altare quoque scissum est, & effusus est cinis de altari iuxta signum quod praedixerat vir Dei in sermone Domini. Et ait rex ad virum Dei: Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, ut restituatur manus mea mihi. Orauitque vir Dei faciem Domini, & reuersa est manus regis ad eum, & facta est sicut prius fuerat.

4. Reg. 1.

Iterum misit principem quinquagenarium tertium. Qui cum venisset, curauit genua contra Eliam, & precatus est eum, & ait, Homo Dei, noli despiciere animam meam, & animas seruorum tuorum, qui mecum sunt. Locutus est autem angelus

**A** angelus Domini ad Eliam, dicens, Descende cum deo ad regem.  
Ne sponte declines aurem tuam in necessitate imbecillium.  
Rogationem contribulati ne abiicias: & non auertas faciem tuam ab egeno.

Iob.  
Eccl. 4.

*Quam fœdum est, & nos hæc à vobis requirere, & vos non præbere!  
Cum eo, à quo aliquid postulat, metienda est postulatio. Aequè enim absurdum est à paruo magna postulare, & à magno parua. Illud enim importunū est: hoc præparci animi. Supplicem admittite, cui calamitas opitulatur.*

NaX.

*De æqualitate: & quòd cuique pro merito tribuendum sit.*

**B**

CAP. LXIII.



**V**M sancto sanctus eris: & cum viro innocente, innocens eris.  
Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.  
Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vecti-  
gal, cui honorem honorem, cui timorem timorem.

Psal. 17.  
Luc. 20.  
Rom. 13.

*Certaminis arbiter non simpliciter ac temerè athletis, ad cuiusque arbitratum, eximios honores impertit: verum potius, pro eo ac quisque præclare se gessit, præmia distribuit.*

Cyriil.

*Æquitas iustitiæ fons est.*

Philo.

*Paria imparibus tribuere, summæ iniustitiæ est.*

**C**

*Nemini iniuriam inferre, verum æquitatem colere, firma potentia est.*

Ioseph.

*Quicquid æquitas expers est, à charitate abhorret.*

*De medicis, & medicina.*

CAP. LXIII.



**V**OS ESTIS iniqui medici, & consolatores mali omnes.  
Honora medicum propter necessitatem, etenim illum creavit Altissimus. A Deo est enim medela, & à rege accipiet donationem. Disciplina medici exaltabit caput illius: & in conspectu magnatorum collaudabitur. Da locum medico. Etenim illum Deus creavit. Qui delinquit in conspectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici.

Iob.  
Eccl. 38.

**D**

*Corporum medici subsidii ad præcauendum morbum accommodatis sanos præmuniunt: iis autem, qui iam morbo tenentur, manum non admovent.*

Basil.

*Imperitus medicus ad ægrotos ingrediens, pro eo atque sanitati eos restituere debet, id quoque paulum virium, quod ipsis reliquum est, admittit.*

De pesti-  
feris mor-  
bis loqui-  
tur.

*Solertes medici, cum acerbissima quæque pharmaca ægrotis fastidio laborantibus hau- rienda porrigunt, melle per sepe poculum circumlinunt.*

*Mea quidem sententia prisca medici non temerè nec citra rationem hoc sanxerunt, ut varia artis instrumenta palam proponerentur: verum ut eos, qui incolumi valetudine erant, cautiore redderent, ipsis videlicet ostendentes, quantis rebus opus habituri essent, si intemperantiùs sese gessissent.*

Chrysof.

**E**

*Perfectum medicum eum demum appellamus, qui nihil eorum, quæ ad utilitatem, at- que ægrorum curationem attinent, prætermittit.*

*Probus medicus non vno eodemque die ea omnia simul, quæ ad valetudinem condu- cunt, ægroti adhibere sustinet, quippe qui exploratum habeat hac ratione se plus ei detri- menti, quàm utilitatis allaturum: verum partitis temporibus salutaria medicamenta tri- buit, atque aliàs aliud adiiciens, sensim ac leniter in sanitatem eum asserit.*

Philo.

*De vestimentis: & quòd sumptuosis vestibus uti nec viri nec mulieres debeant.*

CAP. LXV.

**R**

Leuit. 6.



EST IETVR tunica sacerdos, & feminalibus lineis. F  
Vestem contextam exue: nec quicquam adulterinum im-  
porfes tibi ipsi.

Deut. 22.

Non induetur mulier veste virili: nec vir vtetur veste foe-  
minea. Abominabilis enim apud Deum est qui facit hæc.  
Non indueris vestimento, quod ex lana linoque contex-  
tum est.

Eccl. 9.

In omni tempore sint vestimenta tua alba.

Eccl. 11.

In vestitu ne glorieris.

Esa. 3.

Hæc dicit Dominus: Pro eo quod eleuata sunt filia Sion, & ambulauerunt  
collo extento, & nutibus oculorum ibant & plaudebant: ambulabant, & pedibus  
suis composito gradu incedebant: Decalubabit Dominus verticem filiarum  
Sion, & Dominus crinem earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamentum  
calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, &  
discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & annu-  
los, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, &  
acus, & specula, & sindones, & vittas, & theristra. Et erit pro suaui odore foetor,  
& pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali  
cilicium. G

Mat. 3.

Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa  
lumbos eius.

Basil. in

Reg. fus.

disput. ar.

tit. 22.

Quisnam vestimentis vtendi scopus sit, vnico hoc vocabulo nobis Apostolus ostendit:  
Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus: tanquam videlicet in-  
tegmento solo opus habeamus, non item vt propter varietatem, atque exquisitum, quod ex  
ea nascitur, elegantia studium, in interdita luxuriam, ne quid grauius dicam, incida-  
mus. Hæc enim postea per inane, minimèque necessarium artificium in vitam humanam  
inducta sunt. Id quod aperte ostendit primus ille integumentorum vsus, quem Deus indi-  
gentibus dedit. Etenim tunicas pelliceas ipsis fecit, eosque induit. Siquidem ad obscenas cor-  
poris partes obregendas satis erat ille tunicarum vsus. At quoniam in vestimentis aliud  
quoque nobis proponitur, nempe vt eorum ope calorem contrahamus, idcirco vtriusque rei  
perpensum & exploratum esse iudicium debet, nempe vt vestimenta tum eas corporis par-  
tes, in quibus minus honestatis inest, contegant, tum ad propulsandas aeris iniurias nobis  
presidio sint. H

Vsus vestimentorum inenitabili illa necessitate circumscribendus est, qua ad ea adigi-  
mur. Immoderatum autem circa ea studium ab auaritia, aut libidinis, aut inanis gloria  
morbo proficiscitur.

Vestimentorum hic vnus finis esse debet, vt integumentum tum ad hyemem, tum ad æ-  
statem accommodatum carni prebeant.

Nax.

Ne vestitu molli ac disfluente effæminemur, cuiusque quidquid pulcherrimum est, nul-  
li vsui est.

Orat. in

laud. Cor.

go.

Non illam aurum arte ad eximiam quandam pulchritudinem elaboratum ornauit, non  
flauæ comæ, tum perspicuè, tum obscure lucentes, & cinnorum impostura honestum ca-  
put fedissimè inumbrantiū impostura, non disfluentis pellucidæque vestis magnificentia, nõ  
lapidum splendor & gratia, propinquum ærem colorans, formæque vndique collustrans,  
non pictorum artes & præstigia, ac vilis & exiguo pretio constans pulchritudo. Verum  
fluxam atque caducam formæ venustatem iis relinquebat, quæ theatra & triuia conse-  
clantur, quibusque pudori & probro est erubescere. K

Cyrill.

Eleganti vestitu delectari, puerile duntaxat est, ac voluptatem in sola opinione sitam  
habet, oculosque ludificatur.

Rerum necessariarum adeptiones non perniciosam qualitatem habent, sed immodicam  
quantitatem.

Nõ prorsus abiicienda est vnctio: verum ea, tanquam medicameto atque auxilio, vtendū est.

De

A De aequalitate: & quod eodem gradu apud Deum omnes sint.

## CAP. LXVI.

**V**SILLVM & magnum ipse fecit: & aequaliter est ei cura de omnibus. Sap. 6.

Non est personarum acceptio apud Deum, quemadmodum literis sacris proditum est: Verum siue quis magnus sit & arrogans, atque & opibus & mundana gloria in altum euectus, in gloriam tamen ac praemiorum expertem sententiam feret, si vitis atque criminibus obstrictus teneatur: siue quis parvus sit, atque & in inopia & in nominis obscuritate vitam degat, immunditie damnabitur, nisi virtutis dotibus floreat.

B

De iudiciis Dei: & quod molestè ferre non oporteat, si iusti calamitatibus conflentur, iniusti autem prospera omnia habeant.

## CAP. LXVII.

**D**IXIT Dominus ad Iob, Nunquid irritum facies iudicium Iob. 40. meum? aut putas me aliter tibi oraculum edidisse, quam vt iustus appareas? Quare impij viuunt, subleuati sunt, confortati- 21. que diuitiis? Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum. Domus eorum omnibus copiis abundans, & pacata sunt: & non est virga Dei super illos. Manent autem tanquam oues aeternae. Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus. Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Traducunt in bonis dies suos.

Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua abyssus multa. Noli amulari in eo Ps. 35. 36. qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani. Et transiui, & ecce non erat. Penè effusi sunt gressus mei: quia zelauit super iniquos, pacem peccatorum videns. Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias, &c. Deus iudex 72. est. Hunc humiliat, & hunc exaltat. 74.

D Ne zelotypia flagret cor tuum in peccatores: sed in timore Dei esto tota die. Theaurizantur iustis diuitiae peccatorum.

Et erunt sicut puluis tenuis à rota diuitiae Gentium, & sicut fauilla pertransiens, & vt punctum. Et sicut somniat esuriens & comedit, cum autem fuerit ex- Es. 29. pergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius adhuc vacua est: sic erit expectatio omnium Gentium.

Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum: veruntamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus qui prauaricantur, & iniquè agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt: proficiunt & faciunt fructum. Prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. Hier. 12.

Non zeles gloriam peccatoris.

E Per quae poenas passi sunt inimici illorum, per haec cum abundarent filij Israel, latati sunt. Ecdi. 9. Sap. 11.

Similiter & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri, cum nondum nati essent, nec quicquam boni aut mali egissent, dictum est ei, Quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid igitur dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Moyse enim dicit, Miserebor cuius miserebor, & misericordiam prestabo cui miserebor. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitauit te, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Ergo cuius vult, miseretur: & quem vult, indurat. Dicis itaque mihi, Quid adhuc quaeritur? Voluntati enim eius quis resistit? Rom. 9.

R. ij

homo, tu quis es, qui ex aduerso respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei? qui se finxit, Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? *Q* altitudo diuinarum sapientiae & scientiae Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius!

*Basil.* Etiam si rationes eorum, quae à Deo administrantur, captum nostrum effugiant, omnino tamen, id quod à sapiente, ac nos amore complectente, administratum est, comprobari & aequo animo accipi debet: quamuis etiam alicui graue ac molestum sit.

*Psal. 35.* Quae à iusto iudice caelitus nobis adhibetur iustitia, cum emendandi ac rependendi vim habeat, propter eorum decretorum, quae in ipsa recondita sunt, altitudinem, aegre admodum humano ingenio perspicere potest. Hoc enim, ni fallor, est quod ait Psalmista, Iustitia tua sicut montes Dei.

*Nax. O-rat. de paup. a-mor. Calamitatū causa incerta.* Quis scit, num ille ob vitium crucietur, hic rursus ut bonus ac laude dignus euehatur: ac non contra, ille ob flagitiosam vitae rationem atollatur, hic ob virtutem exploretur: ille, inquam, altius euectus, ut grauius corruat, tanti sperque expectatus, quoad vniuersa ipsius improbitas, morbi cuiuspiam instar, prius eruperit, ut iustiori quoque postea supplicio afficiatur: hic rursus calamitatibus praeter hominum expectationem pressus, ut tanquam aurum in fornace probetur, ac tantulum id, quod habet, vitij eliquet?

Circulus quispiam rerum humanarum est, fratres, ac Deus nos per contraria erudit: ut qui, quemadmodum omnia sapienter coagmentauit, atque inter se deuinxit, ita etiam pari sapientia omnia pro suis iudiciis, quae nec mente assequi, nec peruestigare quisquam potest, H regat ac gubernet.

Hoc vnum nobis persuasum esse debet, cuncta ad vtilitatem nostram à Deo gubernari: quoniam autem modo gubernentur, non iam inuestigare, nec, quia hunc ignoremus, morose ac molestia affici. Haec enim scire, nec possumus, nec possimus, nec expedit: alterum, quia mortales sumus: alterum, quod hinc in arrogantiā cito efferremur.

*Nilus.* Aiunt nonnulli: Qui sit, ut iusti imbecillitate atque inopia conflentur, iniusti contra robore atque opibus polleant? Quid ita? Nimirum, ut illi coronentur, hi autem sempiternis suppliciis excrucientur.

Quae si isti quid causa sit, quam obrem hoc à Deo constitutum sit, ut vir bonus mereat & opprimatur, contra, qui perquam improbis moribus sit, in hilaritate atque opibus versetur: & cur alter prospera omnia habeat, alter nulla in re quod cupiat assequatur: cur, inquam, ille valeat, hic aduersa valetudine laboret: cur vir probus à demone affligatur, malus autem integer atque incolumis viuat? Ne curiosè inquiras ea, quae captum tuum excedunt: verum hoc tantum noscas, Dei voluntate atque sententia omnia geri, non autè exactissimam eorum rationem exquiras. Paulus, vir tantus, imperuestigabilia Dei iudicia esse pronuntiauit. Quocirca fieri nequit, ut pedum Domini, atque consiliorum ipsius vestigia quisquam assequatur. Iudicia enim ipsius, ut ait propheta, abyssus multa.

*Ro. 11. Psal. 35. Euseb.* Si quis abiens fluiuium traicere velit, eumque estuantem atque horrenda quadam rapiditate fluentem videat, cumque nemo alius ipsum traicere aggrediatur, ipse tamen temeritate impulsus ingrediatur, cupiens nimirum sese, tanquam generosum ac fortis animi virum ostendere, atque in fluiuo pereat, sanè cum stolidis ac temerariis ipsius anima censetur: quandoquidem mortem suam perspicere, obtemperandum non duxerit Scripturae, dicenti, Ne coneris contra impetum fluiuij. At si fluiuium leniter fluentem videat, nec tanquam rugitu quodam mortem mimitantem, verum placidum ac facilem, multosque cum transmittentes, atque ipse quoque ingrediatur ut eum pertranscat, ac Dei permisso Satanas fluctus excitet, aut titubante pede in aquam lapsus intereat, ipsius mors in martyrium reputabitur. At qui mortis quoque hora ipsi aderat. Aderat quidem, sed non ut hoc mortis genere interiret. Diabolus enim mortis horam conspiciens, anteuertit, ac lapsum praeparat: ut laqueo mors ascribatur. Quod etiam idem de iis dicendum est, qui à feris intercepti sunt. Nam si quis de industria, ac dedita opera, proficiscatur, ut feram iugulet, atque ab ea morte afficiatur, huius anima cum his censetur, qui praecipiti audacia & temeritate



**A** tate mortem sibi accersuerunt. Sin autem repente fera irruat, atque hominem discerpatur, tum vero ille martyrico mortis genere obierit. Atque id perinde locum habet, siue quis in mari siue in terra moriatur.

De detractio: & quod detractio sit falsus sermo aduersus aliquem prolatus. CAP. LXVIII.

**B** OCTA est Maria & Aaron contra Moysen propter uxorem eius Æthiopiissam, & dixerunt, Num per solum Moysen locutus est Dominus? Nonne & nobis similiter est locutus? Et dixit Dominus ad eos: Audite sermones meos. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad eum. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim loquor ei, & palam, & non per ænigmata & figuras Dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moyse? Iratusque contra eos abiit. Et ecce Maria abiit candens lepra quasi nix.

Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem, &c. *Psal. 30.*  
Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Et malè locuti sunt de Deo: & dixerunt, &c. Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar. Qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. *77. 100.*

Detractionem noli amare: ne de medio tollaris.

Custodite vos à murmuratione quæ nihil prodest, & à detractioe parcite linguæ: quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit. *Prou. Sap. 1.*

Nolite detrahere alterutrum, fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Vnus enim est legislator & iudex, qui potest perdere & liberare. *Iac. 4.*

Oculum qui subfannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. *Prou. 30.*

**D**etractio est aduersus fratrem absentem, obrectandi ipsi studio, aliquid dicere: etiam si alioqui verum sit quod dicitur. *Basil.*

Si quis maledictis te petat, siquidem vera dicit, fac te corrigas. Sin autem falsa sunt quæ tibi obicit, eum irride. Si tibi conscius es vera esse, quæ in te conicit, da operam ut te emendes: sin autem nil tale in te agnoscis, non est quod conuictus ipsius commouearis. *Chry.*

Eos, qui nobis obrectant, tum demum contemere oportet, cum nullas ipsis maledicendi anfas porrigimus. Quin potius ne tum quidem: verum cum ipsis ora obstruere possumus. Cum autem à nobis id totum proficiscitur, in caput nostrum ignis omninò vertitur.

Non ij duntaxat, qui aliis obrectant, verum etiam illi, qui causas atque occasiones obrectandi temerè præbent, supplicio ei, quod maledicentiæ constitutum est, obnoxij sunt.

**E** Qui alium malo aliquo mulctare vult, prius seipsum ita mulctat. *Didym.*  
Satius tibi est vinum bibere, & carnes comedere, quàm per obrectationem fraternas carnes deuorare. *Senec.*

De tempore: & quod tempus redimendum sit: atque omnia suo tempore dicenda & facienda sint. CAP. LXIX.

**M**ANIA tempus habent, & suis spatiis transeunt vniuersa sub cælo. Tempus nascendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum est. Tempus occidendi, & tempus sanandi. Tempus destruendi, & tempus ædificandi. Tempus flendi, & tempus ridendi. *Ecl. 3.*

di. Tempus plangendi, & tempus saltandi. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. Tempus acquirendi, & tempus perdendi. Tempus custodiendi, & tempus abiicendi. Tempus tacendi, & tempus loquendi. Tempus dilectionis, & tempus odij. Tempus belli, & tempus pacis.

*osee. 10.* Araftis impietatem, & iniquitatem messuistis.

*Esa. 50.* Dominus dedit mihi linguam eruditam: vt sciam quando oporteat proferre sermonem.

*Ecli. 4. 20.* Conferua tempus, & deuita à malo: & ne intempestiuè doctrinam ostètes. Ne retineas verbum in tempore salutis. Homo sapiens tacebit vsq; ad tempus. Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore suo.

*Ephes. 5.* Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Videte quomodo ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniã dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes quæ sit voluntas Dei.

*Coloss. 4.* In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt: tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia sale conditus sit: vt sciatis quomodo oporteat vos vnicique respondere.

*Nat. Orat. de sanct. B. pns. Chryl. 1.* *Quandiu vehemens est desiderium, arripe quod cupis. Quandiu calet ferrum, aspersa frigida temperetur: ne quid interea accidat, quod cupiditatem infringat.*

*Duntaxat liberè loqui, cuiuslibet etiam è vulgo sapè est: at verò commodè ac consentaneo tempore, & ea, quæ conuenit, moderatione ac prudentia libertatem sermonis adhibere, eiusmodi est, vt magnam admodum & admirabili quadam virtute præditam animam desideret.*

*Euagr. Philo.* Præstat lapidem frustra proiicere, quàm verbum.

*Loquere quæ oportet, & cum oportet: & quæ non oportet, non audies. Tempori parcere præclarum est.*

*De adulatoribus & parasitis, ac scurris: & quòd eos fugere oporteat.*

C A P. L X X.

*Psal. 52. Prou. 10. 18.*



DOMINVS dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent.

Quasi per risum stultus operatur mala.

Verba astutorum mollia: ipsa autem feriunt interiora ventris. Sapientes & prudentes malos vocant: qui autem dulces sunt in sermone, amplius audientur. Multi ori regum blandiuntur.

*Ecli. 7. Ibid.*

Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla: sic risus stulti.

*Esa. 3. 9.*

Qui vos beatos dicunt, ipsi vos seducunt, & semitam pedum vestrorum conturbant. Et erunt qui beatificant populum istum, seducètes, & qui beatificantur, præcipitati. Et disperdet Dominus ab Israël caput & caudam, paruum & magnum in die vna, & eos qui personas admirantur.

*Ezech. 13.*

Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas, mentientes populo meo credenti mendaciis.

*Hiere. 38.*

Seduxerunt te, & præualuerunt aduersum te viri pacifici tui: demerserunt in cœno, & in lubrico pedes tuos.

*Ecli. 37.*

Qui sophisticè loquitur, odibilis est: in omni re defraudabitur. Non est enim illi data à Domino gratia.

*Gal. 1.*

Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.

*Luc. 6.*

Væ vobis qui nunc ridetis: quia plorabitis.

*Iudæ. 1.*

Hi sunt murmuratores, querulosi, secundum desideria sua ambulantes: & os eorum loquitur superbiam, & mirantes personas quæstus gratia.

*Assen-*

**A** *Assentationes & blanditias, ac Vulpis Archilochi fraudem & versutiam fugiamus.* Basil.  
*Nihil enim, his quidem qui recte sentiunt, grauius est, quam ad gloriam & plausum viuere, atque ea spectare, quae vulgo grata sint, nec rectam rationem vitae ducem ac moderatricem sibi constituere.*

*Effuso ac petulanti risu teneri, intemperantiae signum est. Etenim leni quidem ac blanda rictus diductione animae hilaritatem quoquomodo declarare, minime inhonestum est, quo dumtaxat id aliquis ostendat, quod ait Scriptura, Corde letante virescunt facies. At cachinnari, atque toto corpore subsultare, nec modesti & compositi animi est, nec probi viri, qui que sui compos sit. Confirmat autem id quod dico sapientissimus Solomon his verbis: Stultus in risu exultat vocem suam: Vir autem sapiens vix leniter subridebit.*

**B** *Avēvov dēvovos is est, qui ad cuiuspiam hominis voluntatem, ac studio ipsi placendi, aliquid agit: etiam si aliqui dedecore dignum sit, id quod facit.*

*Ne facientium hominum ac scurrarum sermonibus delectemur. Hinc enim vel maxime id eorum animi vigor infringi ac debilitari solet.*

*Ita ferè natura comparatum est, ut magnis opibus atque potentiis seruilia haec obsequia adiuncta sint. Nam quia huiusmodi homines nulla propria bona habent, ex quibus agnoscantur, ab alienis malis seipsum commendant. Ac propemodum, quemadmodum rubigo, quae in frumento inest, ipsius frumenti corruptela est: eodem modo adulatio amicitiam subiens, ipsi perniciem affert.*

*Risum meretur quilibet, sanos apud,  
 Ritus, procaxque maxime & meretricius.  
 Fletum immodestus haud leuem risus parit.  
 Tristem esse praestat, quam solutis moribus.*

*Nā in  
 Tetrastr.*

**C**

*Qui hominibus placere studet, merito hoc mercedis loco recipere queat, ut ab ipsis laudetur. At verò à Deo nihil omnino accepturus est.*

*Dicacium hominum os, ac suave loquendi genus, miseris hominibus, ac mente corruptis, voluptatem ac laudem ad inanem gloriam conciliat.*

*Facientium hominum, vel ridicularum potius affectionum, imitatores à Republica non struendi sunt, atque ab ea exterminandi moriones ac scurræ. Nullo porro alio nomine appellare quisquam adulatorem queat. Amicitia enim morbus est adulatio.*

*Principum res secundas potius, quam principes ipsos colere plerique solent.*

*Philo.*

**D** *Caue ne eorum studium comprobes, qui te laudibus demulcent, ac decipiunt. Monent Nili enim sapientes, ut adultores odio habeamus, tanquam ingentium nobis detrimentorum authores.*

*Vidi prauaricantes, & tabescebam, aiebat beatus Dauid. Quocirca consentaneum est, ut in tristitia potius ac mœrore versareris, ob absurdas cogitationes, quae quidem viperarum progenies sunt, hoc est animae ignaviae atque inertia languentis. Pro eo autem atque tum externos, tum internos oculos, lacrimis cōficere debueras, nunc contra ipse facis, in cachinnos videlicet erumpens, & clamās atque estuans, omnique, ut ita dicā, hora stultitiae & imperitiae lasciuia gaudens. Atque interim eo nomine confidis & acquiescis, quod ad aliquod tempus à cibis abstineas, atque à mulieribus remotus sis. Atqui hoc minime sufficit. Etenim demones hac in re superiores te sunt, ut qui nec unquam omnino cibum capiant, nec dormiant.*

*Ad salutem nostram sufficiens est à cibis ac mulieribus abstinere.*

**E**

*De furibus.*

**CAP. LXXI.**

**S** *QUIS furatus fuerit bouem aut ouem, & occiderit, vel vendiderit: Exod. 22. quinque boues pro vno restituet. Si autem deprehensus fuerit, duplum rependet.*

*Si deprehensus fuerit homo furans fratrem suum de filiis Israël, & vendito eo acceperit pretium: interficietur fur ille. Si deprehensus fuerit fur effodiens domum, & percussus mortuus fuerit, percussor cadis reus non erit.*

*Infurrexerunt in me fures, quorum domus erant foramina petrarum.*

*Iob. 19.*

R iij

- Pro. 29. Qui furi impertit, odit animam suam. E  
 Zach. 5. Dixit Dominus ad me: Quid tu vides? Et dixi: Video falcem volantem. Longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me: Hæc est maledictio, quæ egreditur super faciem furis, & delet domum ipsius, & conficiet ipsum: & omnis fur usque ad mortem punietur.  
 Eccli. 36. Quis fidem habebit expedito latroni exilienti de ciuitate in ciuitatem?  
 Ephes. 4. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operans manibus suis bonum, vt habeat unde tribuat necessitatem habenti.  
 Basil. *Graues & acerbæ noctes sunt in sceleribus pernoctantium. Nam & metus ne deprehendantur, & libidinis æstus, omnem ab ipsis quietem propellit.* G

De pecoribus, & eorum cura. CAP. LXXII.

- Leuit. 17. **A**NIMA carnis in sanguine ipsius est.  
 Pro. 12. Iustus miseratur animas iumentorum suorum.  
 Eccli. 7. Pecora tibi sunt? Attende illis: & si sunt vtilia, perseuerent apud te.

De iactatione & elatione: & quod nulla in re huius vitæ gloriari atque extolli oporteat. CAP. LXXIII. H

1. Reg. 2. **N**OLITE multiplicare loqui sublimia gloriantes.  
 Hier. 9. Non gloriatur sapiens in sapientia sua.  
 Iob. 11. Ne dixeris, Mundus sum operibus, & irreprehensibilis in conspectu eius.  
 Eccli. 32. Noli extolli in sapientia tua.  
 Pro. 27. Ne glories in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies.  
 Eccli. 11. In vestitu ne glories vnquam, nec in die honoris tui extollaris. Ne dicas, In multitudine munerum meorum respiciet Deus, & offerente me Deo Altissimo munera mea suscipiet. I  
 2. Cor. 10. Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.  
 Iac. 1. Gloriatur frater humilis in exaltatione sua: diues autem in humilitate sua.

*Magno quidem animo sum in Deo: at meipsum tamen metior: ne in gloriacione peceam. Nam & Adamum quondam generis nostri authorem hostis, cum ipsum adduxisset, vt diuinam æqualitatem sibi animi errore fingeret, è paradiso expulit, atque vsque ad inferni fundum deturbauit.*

De corporis pulchritudine & elegantia. CAP. LXXIIII. K

1. Reg. 16. **D**AVID autem erat pulcher aspectu, & decora facie.  
 2. Reg. 14. Porro sicut Absalon vir non erat pulcher in Israël, & decorus nimis: à vestigio pedis vsque ad verticem non erat in eo vlla macula.  
 Pro. 1. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua.  
 Eccli. 11. Non laudes virum in specie sua. Lucerna splendens super candelabrum sanctum species faciei super ætatem stabilem. Species mulieris exhilarat faciem viri sui.  
 Basil. *Qui hodie corpore virenti est, ac luxu obesus, atque ob ætatis vigorem affusam coloris elegantiam habet, nitidaque cute est, ac firmis viribus, idem crastino die miserandus est,* nisi-

*Animum vel temporis longinquitate confectus, vel morbo exhaustus.  
Si hac parte, quæ in aspectum cadit, deformis es, fac ea pulcher sis, quæ ab oculorum  
sensu remota est: non secus videlicet ac rosa in folliculo suo floridæ est.*

*De his qui se insolenter iactant. CAP. LXXV.*

**M**ELIOR est pauper & sufficiens sibi, quàm gloriosus & indigens pa- <sup>Pro. 12.</sup>  
ne. Sunt qui diuitias suas iactent, cum nihil habeant. Ne sis pau-  
per ex ære alieno comestationi vacans, cum nihil in crumena tibi sit.  
Alioqui enim infidiator eris vitæ tuæ.

**B** Ob diuitias insolenter se efferre, aut generis splendore gloriari, aut alijs rebus, quibus <sup>Basil.</sup>  
humani honores cumulantur, hæc inquam omnia humana vitæ atque gloriæ eversio ac  
probrum sunt.

**C** Quenam hæc venustas & gratia est, si simiam habeas sub humana forma sedam &  
obscenam, quæ collum aureis funibus undique cinctum gerat? Neque enim huiusmodi or-  
namentum ridiculam ac stolidam figuram immutauit. Quenam rursus asino gratia est,  
multa auri pondera gestare? <sup>Asinus</sup> qui ppe, quamlibet auro onustus, nil nisi rudere nouit.  
Quin ne gratia quidem atque emolumenti hinc redit, quòd quispiam enses plumbeos argen-  
teis vaginis includat: quippe qui nullam in bellis utilitatem afferant. Huiusmodi nimirum  
est homo, cum externis rebus effertur, & gloriatur.

*Quòd cum superioribus contendendum non sit. CAP. LXXVI.*

**M**PIVS, qui non veretur personam honore dignam, nec his <sup>Iob. 35.</sup>  
honorem habere nouit.  
**N**e litiges cum homine potente: ne fortè incidas in manus <sup>Ecli. 8.</sup>  
illius. Ponderus super se tollet, qui fortiori se comunicat. Et <sup>13.</sup>  
ditiori te ne socius, fueris. Quid communicabit cacabus ad  
ollam? Quando enim se colliserint, cõfringentur. Magna- <sup>4.</sup>  
to humilia caput tuum. In medio magnatorum ne te ius exæ-

**D** ques. Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet. <sup>27.</sup>  
Durum est tibi contra stimulum calcitrare. <sup>Act. 9.</sup>

*Præclare semper res se habet, cum deteriores à melioribus gubernantur. <sup>Basil.</sup>  
Vtilissimum est præstantioribus subijci. <sup>Philonis.</sup>  
Nemo vsque adeo insanit, ut, cum seruus sit, hero aduersetur.  
Iudices noli iudicare, qui medicina opus habes. Quanquam enim alius alio sublimior <sup>NaX. O-</sup>  
aut inferior est: omnes tamen magnitudine te antecedunt. <sup>rat de</sup>  
<sup>Baptism.</sup>*

*De iudicio & iustitia Dei: & quòd suam cuique tribuat, nec personas  
accipiat. CAP. LXXVII.*

**D**OMINVS Deus vester, ipse est Deus Deorum, & dominus domi- <sup>Deut. 10.</sup>  
nantium, Deus magnus & potens, & terribilis, qui personam non ac-  
cipit, nec munera. Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudi- <sup>32.</sup>  
cia. Deus fidelis, & absque vlla iniquitate. Arripiet iudicium ma-  
nus mea: & vltionem hostibus meis retribuam.

Super aduersarios suos in caelis tonabit ipse iudicabit fines terræ. <sup>1. Reg. 2.</sup>  
Num Dominus iniuriam faciet iudicans? aut qui omnia fecit, turbabit ius? <sup>Iob. 5.</sup>  
Qui apprehendit sapientes in astutia eorum: & consilium prauorum dissipat.  
Sedisti super thronum qui iudicas iustitiam. Iustus Dominus, & iustitias di- <sup>Pf. 9. 10.</sup>

18. Iexit: aequitatem vidit vultus eius. Iudicia Dei vera, iustificata in semetipsa. **F**
32. Diligit misericordiam & iudicium Dominus: iustitia plena est dextera eius.
88. 92. Iustitia & iudicium preparatio sedis tuae. Iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti. Dominus confringet capita inimicorum suorum.
67. Omnia opera Domini cum iustitia. Momentum statera iustitia à Deo: opera autem ipsius potera iusta. Multi colunt personas ducum: à Domino autem fit quod iustum est.
- Pro. 19.
- Sap. 6. Qui fecit spiraculum omne, ipse nouit omnia: & reddet unicuique iuxta opera sua. Non subtrahet personam cuiusquam Deus: nec verebitur magnitudinem cuiusquam. A Domino omnia iusta.
- Esa. Cap. 42. Fortes estote, nec timete: ecce Deus noster iudicium retribuet. Exaltabitur Dominus Sabaoth in iudicio: & Deus sanctus glorificabitur in iustitia. Dedit spiritum meum super eum: iudicium Gentibus proferet. Non clamabit, nec accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium. Non erit tristis neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium: & in nomine eius Gêtes sperabunt. Ego iudicium tuum iudicabo, & filios tuos saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibus suis: & quasi musto sanguine suo inebriabuntur. Ego sum Dominus, qui loquor iustitiam, & qui annuncio veritatem.
49. Omnia iudicia tua veritas: & iudicia veritatis fecisti.
- Sap. 12. Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas: & cum magna indulgentia gubernas nos. Iustus cum sis, iuste omnia administras. Magna atque enarratu difficilia sunt iudicia tua. Hos enim tanquam pater monens probasti: illos autem tanquam durus rex interrogans condemnasti. Dominus iudex est, & non est apud eum gloria hominis. Non accipiet personam.
- Heb. 10. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.
- Ephes. 6. Personarum acceptio non est apud Deum.
- Rom. 8. Deus qui iustificat: quis est qui condemnet?
- Basil. Nec Dei misericordia iudicij expers est: nec iudicium misericordia caret. Verum cum misericordiam tribuit, cum iudicio ac delectu misericordiam is impertit, qui ea digni sunt: & cum iudicat, habita imbecillitatis nostrae ratione iudicium infert.
- Greg. Nys. Iustum Dei iudicium animi nostri affectionibus assimilatur: ac qualia sunt quae gerimus, talia quoque nobis ab eo rependuntur. Consentaneum enim est, ut quae quisque seminavit, & etiam metat: neque id aliter fieri potest. Semen porro est humana voluntas, animique inductio: metis autem merces ea, quae animi inductioni rependitur.
- Iustin. Quemadmodum corporibus omnibus à Deo procreatis hoc insitum est, ut umbram habeant: sic Deum quoque, qui iustitia praeditus est, tum is qui virtutem sibi colendam proposuerint, tum is qui vitium amplexari maluerint, pro cuiusque merito praemia poenasque tribuere consentaneum est.
- Chrysost. Nullum omnino bonum, quantumlibet leue atque exiguum sit, à iudice negligitur. Nam cum peccata tam accuratè atque exactè expendantur, ut & verborum, & cogitationum, nobis supplicia luenda sint: quanto tandem magis rectè facta, siue magna, siue exigua fuerint, enumerabuntur?
- Cyrilli. Vnus est mortuorum ac viuorum iudex, ius vniuscuiusque perpendens.
- Cyrilli. Cum Deus sententiam pronunciat, nulla is, qui contradicunt, excusatio relinquitur. Integra enim atque incorrupta est illa sententia: quippe cum Deus in iudiciis ferendis nec gratia nec odio commoueat, verum solam animi virtutem in iudicando spectet.
- Nili. Paria disparibus tribuere, summæ iniustitiae est.
- Nili. Fit quidem persepe, ut homines odio atque inuidia ducti, quae bona sunt, vituperent, atque traducant: at caeleste theatrum incorruptè de rebus iudicat, ac veritas earum rerum, quae geruntur, iudicij arbitrium habet.

A De corde puro & conscientia. CAP. LXXVIII.



MNI custodia serua cor tuum: ex ipso enim vita procedit. Pro. 4.  
 Pretiosa possessio vir purus. Consilium bonum custodiet 2.  
 te: & custodia sancta conseruabit te. Vt liberet te à via mala,  
 & ab homine qui nihil fidele loquitur. Cor viri cogitet iu- 17-  
 sta: vt à Deo dirigantur gressus eius. Sicut probatur in for-  
 nace argentum & aurum: sic electa corda à Domino. Viæ  
 vitæ cogitationes hominis prudentis. A cogitationibus suis

fatiabitur vir prudens. Diligit Dominus corda sancta: accepti autem sunt ipsi  
 B omnes immaculati.

Ambula in viis cordis tui: & scito quoniam pro his omnibus adducet te Deus Eccl. 1.  
 in iudicium. Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua.

Beatus quem non reprehendit anima sua. Eccl.

Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Matth. 5.

Gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostræ, quòd in simplicitate  
 & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus  
 in mundo. 2. Cor. 1.

Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum: & quod- 1. Io. 3.  
 cunque petierimus, accipiemus ab eo.

C *Primum illud quod beatum censendum est, puritas animi nostri est. Siquidem consilium  
 illud, quod in pectore initur, radix est actionum, quæ corpore obeuntur.* Basil.

*Virtute nullum gratius donum Deo.* Naz. in

*Qui diuis licet des, nil tamen dignum dabis.* Tetrastr.

*Hoc offer ergo, quod queat pauper dare.*

*Meretricis horret purus ille premium.*

*Qui preclara conscientia præditi sunt, lucis ac diei filij appellantur.* Nyssen.

*Nihil est, quod tantam nobis voluptatem afferre soleat, quam animus bene sibi con-  
 sciis, ac spes lætæ.* Chryf.

*Conscientia exultans, faciem quoque ipsam exornat, atque animæ valetudo ac firmitas*

D *genas irrigat. Neque enim frustra dictum est à Sapiente, Cor gaudens exhilarat faciem.* Pro. 15.

*Non abstinentia à malis & flagitiosis actionibus eum, qui fide præditus est, iustum red-  
 dit: sed cogitationum puritas, ac sinceritas.* Clement.

*Perturbationibus vacuarum ac purarum animarum salus est.*

*Mens pura, & sermo purus, ac vita à peccati labe immunis, thronus ac templum ve-  
 rum Dei est.* Didymi.

*Cor castum contemplationum portus est.* Euagr.

*Humanus animus concitatorum animi motuum euulsor non est, sed oppugnator.* Iosephus.

E De mala conscientia. CAP. LXXIX.



PREVISTI omnes discedentes à iudiciis tuis, quia iniusta psal. 118.  
 cogitatio eorum.

Peruersum cor machinatur mala. Qui duro corde est, non Pro. 6.  
 inueniet bona: cor iniqui exquirat mala. Qui duro corde est,  
 incidet in mala.

Concaluerunt tanquam clibanus corda eorum. Occurram osee. 7. 13.  
 eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora cordis eo-  
 rum. Vsq; quo sunt cogitationes aduersum te?

Impietas vestra super vos: & peccata cogitationum vestrarum accipietis. Ezech.


Peruersæ cogitationes separant à Deo. Impij, prout cogitauerunt, habe- sap. 1.

17. bunt supplicium. Cùm sit sumida nequitia, dat testimonium, cõdemnata. Sem-  
per enim seua præsumit perturbata conscientia. Nihil enim est timor, nisi pro-  
ditio cogitationis auxiliorum. Venient in cogitatione peccatorum suorum ti-  
midi, & traducent illõs ex aduerso iniquitates ipsorum.
- Ecli. 27. Sicut in percussura cribri remanebit puluis: sic stercora hominis in cogitatu  
illius. Cor durum grauabitur laboribus.
- Mat. 15. Omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur. Quæ au-  
tem procedunt de ore, de corde exeunt: & illa coinquinant hominem. Ex cor-  
de enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa  
testimonia, blasphemix: Hæc sunt quæ coinquinant hominem.

Athana. Cùm animus à bono se auertit, contraria cogitet necesse est. Neque enim villo pacto fa-  
cere potest, quin moueatur, cùm agitabili natura præditus sit.

Iud. 15. Qui improbarum cogitationum insidias à principio animaduertere nequiuit, verum ex  
mutua finium inter se cõparatione absurditatem earum prodidit, is caudam caudæ alligauit,  
facemque, hoc est reprehensionem & coargutionem, inter eas interiecit.

De arguatoribus, & circa fidem ambigentibus. CAP. LXXX.

1. Tim. 6.  QUI S aliter docet, & nõ acquiescit sanis sermonibus Domini no-  
stri Jesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est sanæ doctrinæ, su-  
perbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas ver-  
borum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemix, suspi-  
ciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate pri-  
uati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.
2. Tim. 2. Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuota: sciens quia generant lites,  
Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes.

Basil. Videtur quodammodò vaniloquo homini simile se præbere, qui ipsius verbis cõtradicit.  
Nax. Argutores ac sophistas, non theologos agunt homines.

Homini bus fide præditis haudquaquam iucunda est inepta loquacitas, ac verborum cõ-  
tentiones. Satis enim superque est vel vnus aduersarius.

Sapientia prima est, sapientiam eam, quæ in sermone, ac dictionum captionibus, atque  
adulterinis & superuacaneis contentionibus sita est, aspernari.

Greg. Euangelicum sermonem curiosus ne inquiramus, ambiguas videlicet dictiones, atque  
Thauma. interminatas quæstiones ac verborum pugnas spargentes, ac planam & rectissimam fidei  
doctrinam asperam & salebrosam reddentes. Quin potius in fidei opere studiose, atque, vt  
ita dicam, curiose versemur. Pacem cõplectamur, concordiam ostendamus, iuuenilem æta-  
tem custodiamus, charitatem excolamus, per quam Dei gratia conciliatur. Non nostrum  
est exploratum habere, quoniam pacto Dei filius homo effectus sit. Mysteriorum enim hoc ma-  
gnum est, quemadmodum scriptum est, Generationem eius quis enarrabit? quia tolletur à  
terra vita eius. Verum hoc vnicique persuasum esse debet, quod filius Dei, carnis ratio-  
ne, verè homo factus sit, vti Scripturæ monumentis constat, atque cum hominibus versa-  
tus sit, secundum similitudinem absque peccato: & quod salutis nostræ causa mortem oppet-  
tuerit, vt literis sacris proditum est, & quod in cælos ascenderit, atque ad Patris dextram  
sedeat, hincque ad iudicium tam de viuis quam mortuis ferendum venturus sit, velut Scri-  
pturæ sacræ volumine consignatum est. Illud enim cauendum est, ne dum nos inter nos ver-  
bis consiliemur, fidei doctrinam quidam maledictis profcindant, existantque id quod di-  
ctum est, Propter vos nomen meum blasphematur inter Gentes.

Esai. 53. De Deo querere, modo id non altercandi atque concertandi studio, sed inueniendi cau-  
sa fiat, salutare est.

Re. 2. De Deo querere, modo id non altercandi atque concertandi studio, sed inueniendi cau-  
sa fiat, salutare est.

Chrysost. Quid frustra alij aduersum alios dimicamus, ac bellum gerimus, cum nobis vt etiam  
eos, qui-



**A** eos, quibus odio sumus, charos habeamus, imperatū sit? Quid relicta fide de fide arguamur? Genitus est: at non genitus est. Passus est: at non passus est. Resurrexit: at non resurrexit. Quid Redemptori litem intendimus? Quid eum, cuius beneficijs affecti sumus, ad subducendas rationes adigimus? Semel voluit: & ut voluit, accessit, & mortuus est, & resurrexit, & ascendit, & venturus est iudicare vivos & mortuos.

Satius & conducibilis est eruditione, atque doctrina carere, ac per charitatem ad Deum propius accedere, quam, dum eruditi ac periti esse videmur, committere, ut in Dominum nostrum impij comperiamur.

Vite probitas eruditioni prestat.

De conuitiis. CAP. LXXXI.

**B** VI conuitia proferunt, stultissimi sunt. Gloria viri est auerfari conuitia. Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere maledica in domo communi.



Ante ignem camini vapor, & fumus ignis exaltatur: sic & ante sanguinem maledicta.

Pro. 21.

Ecl. 22.

Cum te paruulus puer maledicti inceffit, in risu argumentum ipsius maledicta ver- tis: & cum quispiam pre phrenesi mentis errore affectus contumeliosis verbis te insectatur, miseratione potius quam odio dignum eum censes.

Basil.

**C** Quod si cui nos accusare libeat, no id spectemus an male audiamus, sed an culpa nostra male audiamus. Etenim si improbe ac flagitiose viuamus, etiam si nemo sit, qui nos accuset, omnium tamen miserrimi sumus. Contra si virtutis curam ac studium amplexemur, quamlibet etiam totius orbis maledictis exagitemur, tunc tamen beatiore quoque futuri sumus. Quod si qui Vanum sermonem admittunt, veniam consecuturi non sunt, quam tadem illi excusationem habituri sunt, qui traducunt ac conuitiantur?

Chrysof.

Si diuino Apostolo obtemperandum putas, disertè clamanti, atque afferenti, maledicos regnum caelorum minime consecuturos esse, caue ne eos, a quibus nulla tibi iniuria orta est frustra ac temere maledicis verbis proscindas.

Nili.

**D** Ais te non inimica & infesta mente, sed per iocum atque animi causa, ac velut aliud agentem, inter pocula conuitia in probos viros iacere? Igitur per ludum quoque ac lxtitiam sempiternum cruciatum subi, ac velut aliud agens ad ignem illum, cuius acerbitas nulla oratione explicari potest, proficiscere.

Perculo-

sum est

conuitia

in probos

viros iacere.

Ne doleas atque discrucieris, cum ob peccata tua merito in te maledicta & probra congerantur: quin potius offendicula tua libenti animo audi.

De fame: & iis qui frumentum in necessitate minime vendunt.

CAP. LXXXII.

**E** ACTA est fames magna in Samaria: & tandiu obsessa est, donec v- nundaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi sterco- ris columbarum quinque argenteis. Cumq; rex Israël transfret per murum, mulier quaedam exclamauit ad eum, dicens: Salua me domine mi rex. Qui ait, No: te saluet Dominus: vnde te possum saluare? De area, vel de torculari? Dixitque ad eam rex: Quid tibi vis? Quæ respondit: Mulier ista dixit, Da filium tuum vt comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras. Coxi- mus ergo filium meum, & comedimus. Dixitque ei die altera: Da filium tuum, vt comedamus eum. Quæ abscondit filium suum. Quæ cum audisset rex, scidit vestimenta sua.

4. Reg. 6.

Qui abscondit frumentum, maledictus plebi est, Qui continet frumentum, derelinquetur illud Gentibus.

Pro. 11.

Plagate sacerdotes, vlulate ministri altaris. Depopulata est regio, luxit humus, Joel. 1.

S

quoniam deuastatum est triticum, confusum est vinum, elanguit oleum. Confusi sunt agricolæ, ululauerunt vinitores super frumento & hordeo, quia periiit messis agri. Vineæ confusa est, & ficus elanguit: malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna aruerunt: quia confusum est gaudium a filiis hominum.

*Thren. 2.* Defecerunt præ lachrimis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra iecur meum, super cõtritionem filiarum populi mei, cum deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi. Matribus suis dixerunt, Vbi est triticum & vinum? cum deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum exhalareret animas suas in sinu marum suarum. Vide Domine, & considera quem vindemiaueris ita. Ergone comedent mulieres fructum suum, paruulos ad mensuram palmæ? Manus mulierum, quæ ad misericordiam propensa esse solebant, coxerunt filios suos, & fuerunt eis in escam. **G**

*Hier. 14.* Maiores miserunt minores suos ad aquam: venerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquam, reportauerunt vasa sua vacua: confusi sunt, & afflicti, & operuerunt capita sua. Propter terræ vastitatem, quia non venit pluuia super terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua. Nam & cerua in agro peperit, & reliquit, quia non erat herba. Et onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones: defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.

*Basil. Ho. in dict. uang. De steria horrea mea.* Ne amone caritatem expectes, ut horrea tua patefacias. Etenim qui frumenti pretium auget, plebi execrabilis est. Ne propter auri cupiditatem famem expectes: ne communitatem egestatem ob priuatas diuitias. Ne humanarum calamitatum couponem te præbeas. Ne Dei iram in amplificandarum opum occasionem trahas. Ne eorum, qui verberibus afflicti sunt, vulnera exulceres. At tu aurum quidem intueris, fratrem autem non perspicias: ac numi quidem notam agnoscis, atque adulterinum à probo discernis: amicum autem rerum difficultate ac penuria laborantem prorsus ignoras. Quidnam igitur pauper facit? Oculos princeps ad filios conuertit, ut ipsis in venalium forum ductis, hinc mortis solatium ac leuationem nanciscatur. Hinc porro velim pugnam consideres, quæ inter famis necessitatem, ac paternum affectum committitur. Illa miserimum mortis genus minatur: at natura in diuersum trahit, ac suadet ut cum liberis moriatur. Atque posteaquam sæpe aggressus, & rursus sæpe repressus est, ad extremum tandem grauissima necessitate urgente ac vim afferente manus dat. Ac tum heu cuiusmodi sunt ea quæ secum agit! Quem primum vendam? Quem iucundius is aspiciet, qui frumentum vendit? Veniamne ad natum maiorem? At ipsius primogenitura commoueor. An ad minorem? At me misericordia ipsius etas afficit, ut quæ calamitates suas minime persentiscat. Hic parentum expressas notas atque oris lineamenta retinet: ille ad literarum ac doctrinæ studia naturam procliuem & aptus est. O miseram animi perplexitatem! Quid me fiet? Quenam horum offendam? Quam feræ animam assumam? Quonam modo natura obliuiscar? Si omnes retinuerim, omnes fame absumptos cernam. Si unum abiecerim, quibus oculis reliquos conspiciam, ut qui iam ipsis in perfidia suspicionem venerim? Quonam modo ædes meas incolam, cum mihi ipsi orbitatem accersuerim? Quonam modo ad mensam accedam, quæ huiusmodi subsidio copias natura sit? Atque ille quidem innumeris cum lachrimis charissimum filium pretio addicturus proficiscitur: te verò calamitas hæc haudquaquam flectit, nec ulla natura cogitatio animum tuum subit: verum cum fames miserum illum premat, tu contra cunctaris ac dissimulas, quò longiorem ipsi calamitatem efficias.

*Hom. habit. in sic. citat. & fac. ic.* Fames humanarum omnium calamitatum atrocissima est, omnium mortis generum miserimus finis. Etenim in alijs periculis aut gladij acies celere mortem affert: aut ignis impetitus quamprimum vitam extinguit, aut feræ discerptis præcipuis membris cruciatus in longum protrahi non sinunt. At fames iners & languidum malum habet, longum dolorem, insidentem ac velut delitescentem morbum, mortem semper præsentem & semper cunctatam. Famis calamitas persæpe complures eò adiegit, ut constitutos à natura terminos mouerent: atque hominum, qui eiusdem generis sunt, carnes attingerent, & mater etiam eò progredereetur, ut filium, quem è ventre emiserat, rursus in ventrem male susciperet. Atque hæc tragædia Iudaicis libris mandata est.

Quid

**A** Quid dicturi sunt, qui frumentum emercantur ac vendunt, qui temporū difficultates <sup>Naz.</sup> obseruant, vt questum negotiando faciant, & ex alienis calamitatibus delicias sibi conparent, atque non vt Ioseph Aegyptiorum bona sublimiori quodam consilio (nam ille frumentum & recte colligere, & recte tribuere norat) sed, vt iniqui ac flagitiosi, tribulum nostrorum facultates acquirant. Qui dicunt, Quando transibit mensis, vt cum quastu vendamus? ac sabbata, vt horrea aperiamus? Qui duplici mēsurā & pondere quod iustum est, corrumpunt: & plumbeam iniquitatis mensuram in seipsos inflectunt.

In fame nihil grauius atque acerbius est, quā crudelitas cupiditāsque inexplebilis eorum, qui rei frumentaria copia circumfluunt. Obseruant enim temporum difficultates, & quae ex annonae penuria lucrum captant, & ex aliorum calamitatibus messem faciunt: nec sil.

**B** illud audientes, Eum, qui miseretur pauperis, Deo scenerari: nec rursus illud, Eum, qui frumentum continet, plebi execrabilem esse: nec denique aliud quicquam eorum, quae vel humanis & benignis hominibus Scriptura pollicetur, vel duris & inhumanis comminatur. Verū immodica quadam & inexplebili cupiditate flagrant, malēq; sibi cōsulunt, nimirū vt ipsi aliis sua, ita sibi ipsis Dei (cuius ope multo magis se indigere non sentiūt, quā alij ipsorū auxilio egeant) viscera pracludentes. Hi, inquam, frumentarij mercatores & caupones, qui nec cognationis necessitudine mouentur, nec erga Deum, cuius beneficio ipsi, aliis inopia laborantibus, in rerum copia viuunt, grati animi officio funguntur.

Omnia necessitas in dentes inijcere cogebat: atque ea etiam, quae ne spurcissimis quidem animantibus apta erant, colligere, & comedere sustinebat. Cingulis quippe & calceis ad extremum haud abstinebant: ac pelles quoque ipsas & scutis detractas dentibus premebant.

**C** Mulier fame ipsius viscera & medullas subeunte, aduersum naturā grassabatur. Atque arrepto filio, qui adhuc lactabat, Fili miser, inquit, in bello, & fame, ac seditione, eccui tandem te seruo? Age, cibus mihi esto, & seditiosis furia, & vitæ fabula, quae sola inter Iudaicas calamitates adhuc desideratur. Simulque dum haec loquitur, filium obruncat: coctoque corpore dimidiam partem edit; reliquam autem abditam seruat. Statim autem seditiosi adfuerunt, ac nefarium illum nidorem olfacientes, minabatur se eam, nisi id quod epularum causa instruxisset, ostenderet, nulla interposita mora interfecturos. At illa praclarā se ipsis portionē seruasse cū dixisset, filij reliquias detexit. His porro statim horrore ac mentis alienatione affecti sunt, atq; ad huiusmodi spectaculū obriuerunt. Illa verò, Meus est, inquit, germanus filius: meū hoc facinus. Comedite: nā & ipsa comedi. Ne sitis, & foemina molliores, & matre humaniores, atque ad miserationē propensiores. Quod si vos pietate praediti estis, ac victimam meam aspernamini, facite vt quod reliquum est, mihi maneat.

At eorum, qui fame in ciuitate interibant, innumerabilis multitudo cadebat: atq; eiusmodi calamitates accidebant, quae nemo vlla oratione complecti posset. Etenim in singulis adibus, si qua vspiciā alimenti vmbra ostenderetur, bellū erat, atq; charissimi quique manus inter se conferebant, misera vitæ viatica sibi inuicem eripiētes. Quin ne ij quidem, quibus fames vitæ finem afferebat, fidē faciebant se ciborum penuria laborare. Nam eos quoque, cū animam exhalabant, latrones excutiebant, ne quis videlicet abstrusum in sinu alimentū habens, mortem fingeret. Qui autem praefame hiabant, non secus ac rabie perciti canes, insiliebant, atque in adium fores impetu ferebantur: ac velut temulenti, praef consilij inopia, animiq; perplexitate, iterum ac tertio easdem domos vna cadēque hora petebāt.

**E**

De hominibus nequam, ac luxui deditis. CAP. LXXXIII.

**D** A pio: & ne suscipias peccatorem. Benefac humili: & non dederis impio. Prohibe panes illi dare. Nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis, quaecunq; feceris illi. Quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam.

Maiores ac propensiores studio atque cura eos inuua, qui virtutis & pietatis causa in paupertatem inciderunt, vel etiam qui ob morbum aut casum aliquem penuria cōsulantur: quā illos, qui ob flagitium vel luxuriam facultatibus suis lapsi sunt.

S ij

*Nili.* Audesne omnino iuueniliter te gerere, ac lasciuire, & ludis operam dare, cum Christianus sis? Audesne omnino saltare ac choreas agitare, pedesque ac manus ad diaboli arbitrium mouere? Quoniam modo cum veris Christianis te aggregas, ac cum ipsis versaris?  
*Euseb.* Intus sacerdos Deo supplices pro mundi salute preces offert: & foris ludi celebrantur. Sic nimirum Israelita quoque ludebant: & eos exitium inuasit. Moses enim in monte, salutis eorum causa, Deo supplicabat: & plebs interim, posteaquam cibo ac mero operam dedit, ad ludendum surrexit. Eoque nomine, diuina ira in eos ruente, vno die viginti tria millia procubuerunt.

## De arcanis, &amp; arcana enunciantibus.

CAP. LXXXIIII.

*Pro. 11.*  
*Eccli. 19.*  
 13.  
 8.



**Q**VI reuelat arcana, ambulat fraudulentem. G  
 Audisti verbum aduersus proximum tuum? Commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet. Immitis est, qui non conseruat verba: & non parcat de afflictione & vinculis. Cora alieno ne facias aliquid absconditum. Nescis enim quid pariet. Non omni homini ostende cor tuum.

*Chrysoft.*

Qui auditum sermonem turo ac studiosè continet, magna cum voluptate vitam deget. Audisti verbum? inquit ille: commoriatur in te. Extingue illud atque obrue. Noli ipsi vilo modo exeundi ac se mouendi potestatem facere. Quod dictum est, obrunca, atq; obliuioni manda: vt ijs similis sis, qui non audierunt.

*Phil.*

Loquaces homines, ea, quæ silentio premi debebant, euomentes, linguæ prurigine quodammodo laborantes, in aures auditione indignas profundunt. H

## De improbitatis odio, &amp; his quæ Deo displicent.

CAP. LXXXV.

*Iob.*  
*Psal. 5.*  
 30.  
 32. 52.  
 118.  
*Pro. 12.*  
 17.



**F**LAGITIOSA Deus intueri non vult: coram ipsis non ingredietur Dominus.

Non Deus volens iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti obseruantes vanitates superuacue. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatem. Dominus dissipauit ossa eorum qui hominibus placet: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Spreuisti omnes discedetes à iudicijs tuis: quia iniusta cogitatio eorum. Abominatio sunt Domino labia mendacia: execratio Domino, cogitatio iniqua. Qui iustum iniquum iudicat, & iniquum iustum, immundus est, & execrabilis apud Dominum. Dominus superbis resistit. Abominatio Domino via peruersa. Immundus est apud Dominum omnis qui sublimi corde est.

*Esa. 61.*

Ego sum Dominus, amans iustitiam, & odio habens rapinam in holocausto. Facti estis mihi in molestiam: laboraui sustinens. Et cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim vestrae sanguine plenæ sunt.

*Eccli. 10.*

Odibilis coram Deo, & hominibus est superbia. K

## De penitentia &amp; confessione.

CAP. LXXXVI.

*Gen. 38.*



**D**IXIT Iudas: Iustior me est Thamar, quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen vltra non cognouit eam.

*2. Reg. 12.*

Dixit Nathan ad Dauid: Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius. Tu enim fecisti abscondite: ego autem faciam vobis istud in conspectu omnis Israel. Et dixit Dauid ad Nathan, Peccaui Domino. Dixitq; Nathan ad Dauid: Dominus quoq; transtulit peccatum tuum.

Cum

A Cùm audisset Achab sermone istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio <sup>3. Reg. 21.</sup> carnem suam, ieiunauitque & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Et factus est sermo Domini ad Eliam, dicens: Nonne vidisti humilitatem Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius.

Tu Domine secundum multitudinem bonitatis tue promifisti poenitentiam, <sup>2. Par. 36.</sup> & remissionem ijs qui peccauerunt tibi: & in multitudine miserationum tuarum decreuisti poenitentiam peccatoribus in salutem.

B Si fuerint mille mortiferi angeli, vnus ex eis non vulnerabit ipsum, si cogit <sup>Iob.</sup> in corde suo conuerti ad Dominum. Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris à te, tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis. Misericordie quoque obliuisceris, & quasi aquarum, quæ præterierunt, recordaberis. Et quasi meridianus fulgor confurget tibi ad uesperam: & cùm te consumptum putaueris, orieris ut Lucifer. Si conuersus fueris, & humiliaueris teipsum, & iniquitatem abs te remoueris, erit tibi Omnipotens adiutor ab hostibus, & purum reddet te tanquam argentum igne repurgatum, & in uis tuis erit tibi splendor: quia humiliasti teipsum. Si conuersi fuerint ab iniquitate, & audierint, & seruerint, consummabunt in bonis dies suos.

Reuelat peccata sua in concilio uir prudens.

C Venite, & reuertamur ad Dominum: quia ipse percutiet, & curabit nos. <sup>Pro. 11.</sup> Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & uiuemus in conspectu eius. <sup>Osce. 6.</sup> Sciemus, sequemurque, ut cognoscamus Dominum.

Conuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio, & fletu, & planctu, <sup>Ioc. 2.</sup> & scindite corda uestra, & conuertimini ad Dominum Deum uestrum: quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordie, & poenitens super malitia.

Conuertimini ad me: & ego conuertar ad uos, dicit Dominus omnipotens.

D Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. <sup>Zach. 13.</sup> Quiescite agere peruersè, discite benefacere: quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam. Et uenite, & arguite me, dicit Dominus. <sup>Esa. 1.</sup> Si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, uelut lana alba erunt. Si uolueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit uos: quia os Domini locutum est. Conuertentur ad Dominum, & exaudiet eos, & sanabit eos. Cùm conuersus ingemueris, saluaberis. <sup>43.</sup> Ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. <sup>45.</sup> Dic tu prius iniquitates tuas, ut iustificeris. Ego Dominus, & præter me non est alius. Deus iustus & saluus non est præter me. Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ. Audite me, qui amisistis cor: qui longè estis à iustitia, appropinquate ad iustitiam meam: & ueritatem & salutem meam non tardabo.

E Quærite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. <sup>55.</sup> Derelinquat impius uiam suam, & uir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, quia multus est ad ignoscendum. <sup>62.</sup> Si te correxeris, & feceris Hierusalem gloriam in Gentibus, iurauit Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ, Si dederò triticum tuum ultra cibum inimicis tuis: & si biberint filij alieni uinum tuum, in quo laborasti.

Reuertere uerfatrix Israël, ait Dominus: & non irascat uobis in perpetuum. <sup>Hier. 3.</sup> Veruntamen scito iniquitatem tuam: quia in Dominum Deum prauaricata es.

Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, ut eradicem & destruam illud. Si poenitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam & ego poenitentiam super malo, quod cogitauit ut facerem ei. <sup>Cap. 18.</sup>

Noli subtrahere uerbum, si fortè audiant, & conuertantur unusquisque à uia sua mala: & poeniteat me mali, quod cogito facere eis propter malitiam studiorum eorum. <sup>26.</sup> Meliores facite uias uestras, & opera uestra, & audite uocem Do-

- mini: & cessabit Dominus à malis, quæ locutus est aduersum vos. F
- Eccl. 33.* Si conuersus fuerit iniquus ab omnibus iniquitatibus quas fecit, & custodierit omnia mandata mea, & fecerit iustitiam & misericordiam & iudicium, ipse animam suam custodiuit. Et vidit, & conuersus est ab omnibus impietatibus suis quas fecit, vita viuere, & non morietur. Omnia delicta eius obliuioni tradentur, atque in iustitia sua viuere. Nolo enim mortem impij, dicit Dominus, sed ut conuertatur à via sua mala, & uiuat.
- 5ap. 12.* Fecisti ut bona spe sint filij tui: quia das ob peccata poenitentiam.
- Eccl. 45.* Non confundaris confiteri peccata tua. De propitiato peccato noli esse sine metu: neque adicias peccatum super peccatum. Et ne dicas: Misericordia Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Fili, peccasti? Non adicias iterum: sed & de pristinis deprecare. G
21. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat, Prius quam gallus caneret, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè. Non est opus valëtibus medico, sed malè habëtibus. Euntes autem discite quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. H
- Luc. 15.* Quæ mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam vnã, nõne accendit lucernam, & euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat? Et cum inuenit, conuocat amicas & vicinas, dicēs, Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore poenitentiam agente. Ait autem: Homo quidam habuit duos filios: & dixit Adolefcentior patri, &c. vsque ad finem Capituli.
2. *Cor. 7.* Quæ secundum Deum est tristitia, poenitentiam in salutem stabilem operatur.
- Iac. 5.* Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, ut saluemini. Multum enim valet oratio iusti assidua.
1. *Jo. 1.* Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. I
2. Filioli, hæc scribo vobis, ut non peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum.
- Basil. Ho. de ieiun.* A peccato afflicti sumus? per poenitentiam curemur. Poenitentia porro remoto ieiunio inanis & infrugifera est.
- In dict. illud, Attende tibi ipsi.* Attende tibi ipsi: ut pro delicti proportione, medicina quoque, opem suscipias. Magnam ac graue scelus perperrasti? Magna tibi poenitentia opus est, plurimis lachrimis, acribus vigiliis, perpetuo ieiunio. Leue ac tolerabile peccatum admisisti? Fac parem quoque poenitentiam adhibeas.
- Optandum est, ut malum ne quidem attingamus. Secundus autem tãquam navigationis hic cursus sit, ut post degustatum malum statim tanquam serpentis plagam fugiamus. Si repentino hostis impetu abreptus impiam cogitationem animo excepisti, ne in peccato consistas. Quod si hoc etiam tibi acciderit, at illud certe da operam, ne in vitio desideas. K
- Fieri non potest, ut quispiam ad virtutem se adiungat, quin prius à vitio prorsus abcesserit, & emerferit.
- Ob peccatorum grauitatem non desperandum.* Si miserationum Dei multitudo sub numerum, aut misericordiarum ipsius magnitudo sub mensuram cadere potest, in multitudinis & magnitudinis peccatorum comparatione, desperatione sanè afficiatur, qui peccatum admisit. At si hæc quidem, ut vero cõsentaneum est, & mensuræ subiecta sunt, & numerari possunt, Dei autem misericordiam ac miseraciones nec metiri, nec numero complecti quisquam potest, desperandæ salutis occasio non est, sed agnoscendæ misericordiarum, atque insectandorum peccatorum: quorum condonatio in Domini sanguine proponitur.

**A** Si qua tibi, frater, salutis spes reliqua est, si qua exigua Dei recordatio, si qua futurorum bonorum cupiditas, si quis metus suppliciorum; quæ impœnitentibus recondita sunt, respice quamprimum, oculos in cœlum attolle, quo in malo sis agnosce. Improbati tua finem impone: temulentiam eam, qua vndique affusus es, excute. Insurge aduersus eum, à quo prostratus es. Miserationes Dei tibi in animum subeant, nimirum quòd oleo ac vino egrotos curet. Ne salutis spem abiicias. Illud Scripturæ fac tibi in memoriam redigas, Nūquid qui cadit, non resurget? & qui auertitur, non reuertetur? Qui vulneribus affectus est, curatur: qui à feris captus est, incolumis euadit: qui confitetur, non abiicitur. Non enim vult Deus mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat. Ne, tanquam in malorum profundum collapsus, contemnas. Adhuc patientiæ tempus est, tempus lenitatis, tempus sanationis; sed pedem refer. Cùm conuersus ingrueris, tunc saluus eris. Est enim ex laboribus sanitas, & ex sudoribus salus. Ne diffidas. Dies antiquos recogita. Est adhuc salus, est correctio. Bono animo esto: ne desperes. Non enim iam Lex est, quæ iudicet, ac sine vlla misericordia culpam morte mulctet: sed Gratia iam partes suas obit, supplicium differens, ac respicientiam expectans. Nondum fores clausæ sunt. Audit adhuc sp̄sus: nec dominatur iniquitas.

Ad monach. ap. s.

Hier. 8.

Pro. 18.

Turris fortitudinis non cecidit, frater: respicientiæ pharmaca vitiosa non sunt: perfracta ciuitas oclusa non est. Noli in imo malorum gurgite permanere. Noli te ipsum homicidæ illi accommodare. Nouit enim elisos erigere Dominus.

Ad aliū mon. laps.

**C** Nemo in vitio degens salutem suam desperet: hoc nimirum exploratum habens, quòd quemadmodum agricolæ studium stirpiū qualitates immutat: sic etiam animi virtuti incumbentis cura eam vim habet, vt quoduis morbi genus expugnet.

Non vitij abiectio turpis est: sed ipsius conseruatio exitiosa. Ne peccatum confiteri pigeat: quò futurum pudorem per præsentem fugias (siquidem ille futura miseriæ pars est) perspicuumque facias te peccatum seridò odisse, vt qui ipsum, tanquam contumelia dignum, palam traduxeris, ac velut in triumphum egeris.

Na. 7.

Deus nulla re æquè, ac corporis afflictatione conciliatur: ac lachrimis misericordiæ reperiendi solet.

Deus nulla re perinde delectatur, vt hominis correctione ac salute.

**D** Seminemus in lachrimis: vt in exultatione metamus. Niniuitas imitemur, non Sodomitas. Vitium curemus: ne cum vitio pereamus. Ionam prædicantem audiamus: ne igni ac sulphure obruamur.

Psal. 125.

Si Dei ira cum perturbatione coniuncta esset, non abs re quispiam salutis suæ diffideret, vt qui iam flammam eam, quam per tot vitia excitasset, extinguere non posset. Quoniam autem Deus ab omni perturbatione remotus est, & quamuis puniat, quamuis supplicium sumat, nõ ira percitus hoc facit, sed humanitate ac magna nostri cura & studio adductus, magnopere proinde pœnitentiæ viribus nobis confidendum est.

Quamuis non omnibus numeris absolutam pœnitentiam præstiteris, Deus tamen ne paruam quidem atque ad breue tempus factam repudiat, verum huic quoque amplam mercedem constituit.

Chrysost.

Non temporis quantitate, sed animi affectione, pœnitentia ponderatur.

**E** Quem admissorum scelerum pœnituit, is etiamsi pœnitentiam haudquaquam flagitiis parem præstiterit, tamen huius quoque ipsius mercedem habiturus est.

Cùm peccasti, ne propterea de salute tua desperes, verum confestim ad resurrectionem curue. Ne ad te ipsum his verbis utaris: Me miserum, actum est de me, scortatus sum, adulterium perpetravi, cædem admisi. Habes salutis portum peccatum propulsantem. Cùm enim talem virum (Dauidem) vulneribus affectum & laceratum fuisse, ac postea pœnitentiæ ope atque subsidio conualuisse perspicio, statim ad pœnitentiã curro, ac lachrimarum fontibus profusus fiduciam concipio. Vt ergo per illius pœnitentiã salutem tuam exploratiorem habeas, quæ dicam, audi. Multi sepe numero tum viri, tum femine, in graues & incurabiles morbos inciderunt. Lachrimæ fusæ sunt, consumpta pharmaca, medicinæ ars vitæ succubuit, pulchritudo contabuit, curandi corporis spes omnis abscessit. Obambulat deinceps vxor, anxio animo hæc dicens, Quò me conferam? Quid faciam? Opes exhausti, me-

Idem Ho. 1. in psal. 50.

Dauidis exemplo nunquam de diuina misericordia desperandum est.

dicos acciui. Consumptis pharmacis haeret adhuc morbus, nec medicamentis huius cedit. **F**  
 Hic vero saepe accidit, ut quispiam ex his qui ad visendum egrotum venerunt, dicat,  
 Ego quoque in eundem morbum quandoque prolapsus sum, atque ille, vel illa, certum phar-  
 macum mihi adhibuit, meque morbo liberauit. Tum autem egrotus eum rogat, ut mulie-  
 rem eam, cuius opera sanitatem recuperarit, sibi ostendat. Ille vero ait, Vade ad angipor-  
 tum, qui iuxta hanc aut illam domum est: & inuenies. Eodem modo nunc quoque, quoniam  
 adulterij aut caedis crimine te deinxisti (hoc autem acerbissimum huius est) indicabo ti-  
 bi quoniam pacto ille curatus sit, & quod remedij genus adhibuerit. Nec illud dicam, Va-  
 de ad angiportum, atque hunc aut illam interroga. Nihil hic negotio ac labore opus est, ni-  
 hil necesse vestibulum domus transilire: Verum duntaxat hic stantem pharmacum susci-  
 pere. Fac tantum diligenter attendas. David ergo, cum adhuc iuuenili etate esset, matrum  
 tamen virtutis fructum possidebat. Contigit autem ut Saul in Dei offensionem veniret. **G**  
 Itaque Samuelem misit ad huius adolescentis patrem. Venit igitur ad eum, non militum  
 agmine stipatus, sed cornu duntaxat, in quo sanctum oleum erat, manu tenes. Et quid ait?  
 Misit me Deus, ut unum ex filiis tuis regem efficiam. Qua oratione audita, Iesse ratus hac  
 dignitatem maiori natu aptam esse, primum filium in medium producit. Quid igitur Pro-  
 pheta? Submoue eum. Non enim ipse Deo acceptus est. Secundum profert: sed frustra. Ter-  
 tium item & quartum, ac quintum: sed incassum. Completus iam erat filiorum coetus: nec  
 tamen inueniebatur qui querebatur. Ait ad eum Propheta: Nullumne alium habes? Erubuit  
 pater. Habeo, inquit, paruulum unum ac vilem opilionem. At tu regem quæris. Sic  
 nimirum homo parumpendit: Deus autem coronat. Non enim ut videt homo, ita etiam vi-  
 det Deus. Homo quippe videt in faciem: Deus autem intuetur cor. Num vero, inquit Sa- **H**  
 muel, corporis proceritatem atque crassitiam querimus, ac non potius animi nobilitatem  
 desideramus? Atque hic velim diligenter consideretis. Non enim Deus Samueli dixit, Va-  
 de, ac Dauidem mihi unge: sed, unge mihi unum ex filiis Iesse. Cur autem Dauidem pe-  
 culiariter minime nominauit? Nempe ne idem ipsi, quod Iosepho, accideret. Ut enim illius  
 fratres, posteaquam eum regem suum fore didicerunt, insidias ipsi struxerunt, eumque op-  
 pugnarunt, ac vendiderunt: sic metuendum erat, ne isti quoque idem facinus perpetrarent.  
 Ac proinde ipsorum ignoratio eum à periculo vindicabat. Stabat anxius Propheta, Da-  
 mihi unum, inquiens, ex filiis tuis. Ille vero, Non habeo, inquit, sed paruulum puerum oues  
 pascentem. Vbi sunt qui formæ pulchritudine gloriantur? Nolim mihi corporis eleganciam  
 commemorare: verum animæ pulchritudinem conspicias. Quid enim aliud est forma mul-  
 lier, quam sepulcrum dealbatum, nisi pudicitia prædita sit? Nam si formæ quidem venu-  
 state præstet, verum castitate ac morum probitate careat, præcipitium est aliis effusum, to-  
 xicum stolidis comparatum. Etenim corporis pulchritudo tum morbo contabescit, tum morte  
 deletur: animi autem elegancia immortalis est, ac labis expers. Ac tum denique ipsius de-  
 cor magis elucet, cum sedatis atque compressis affectibus in tranquillitate versatur. Quo-  
 circa cum forma conspicuum aliquem hominem aut mulierem videris, ne propterea eos ad-  
 mireris. Nam etiam quercus, licet in altum porrigantur fructu tamen carent: vitis con-  
 trā, licet humilis & abiecta, tempestiuas tamen vnas profert. Vtrum ergo mauius, vineam  
 habere, an arborem? Non dubium est, quin vineam. Etenim vinea ad exhilarandos animos  
 vsui est: cum contra proceras quercus non nisi truculentis feris pabulum subministrat. Quid  
 ape vilius? Quid pauone pulchrius? Rursum vter præstantior? Pavo, an apis? Nonne apis? **K**  
 Si enim pauonem de medio sustuleris, nihil detrimenti attulisti: si autem apem, magnum  
 hinc incommodum orietur. Venit ergo David, adhibetur oleum, ac Dei quidem decreto at-  
 que sententia, hominis autem ministerio inungitur. Cornu ipsi impositum est, ac purpura &  
 diadematis instar ipsi fuit: abiitque regnum obtinens, non lorica, nec clypeo, nec lancea, sed  
 Dei calculo, qui potentia cuncta superat, communitus. Hic igitur, cum bellum gereretur,  
 ac negotia turbarentur, Barbarique in Iudeorum regionem cum armis venissent, castro-  
 rum bellicque videndi studio profectus est. Ac Barbarum ad singulare certamen prouocan-  
 tem cernit: nec quisquam erat, qui prosilire atque egredi auderet. Cum autem David armis  
 fulgentem, atque intolerabili quadam audacia præditum hostem conspexisset, multo que  
 iam timore perterritus, ait: Quisnam est incircuncisus iste, qui exprobrauit exercitui Dei  
 videntis?

Corporum  
 pulchritu-  
 do nemi-  
 nem, ad-  
 miratione  
 afficere  
 debet.



- A** *viuentis? Aiunt ei: Vnde tibi hæc insolentia? Ille verò: Non insolentiam, sed fidem: non superbiam, sed pietatem habeo. Non ipsius immanem magnitudinem, sed animæ solitudinem specto. Non id ob oculos propono, ingentem nauim esse, sed quòd gubernatore careat. Non eum extimesco: quandoquidem Dei hostis est. Quibus tandem armis fretus es, ò Dauid? Non carnalibus, inquit, sed spiritualibus. Arma enim nostra non sunt carnalia, sed spiritualia. Audierunt hæc verba nonnulli, atque eum ad regem adducunt, qui metu examinatus, ac tremore affectus sedebat. Atque ad eum Dauid: Cur concidit facies Domini mei? Videte ipsius probitatem, animique ingenuitatem. In die prosperitatis seruitutem confitetur. Quis est, inquit, iste incircuncisus? Vadam, & ipsius caput amputabo. Quid autem ad ista rex? Qui tandem hoc queas? Tu enim puer paruus es: ille autem bellator ab adolescentia sua. Dauid verò, Ne, inquit, ea spectes, quæ in oculorum sensum cadunt, sed quæ intellectu percipiuntur. Cùmque nihilo secius ipsi diffideret rex, cogitur iam præclara sua facinora commemorare. Puer paruulus eram, inquit, pascens oves patris mei. Et cùm veniret leo, vel vrsus, tollereturque arietem de medio gregis, sequebar eos, & eruebam de ore eorum, & percutiebam eos, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos. Erit ergo incircuncisus iste vt vnus ex illis. Dixitque Saul ad Dauid: Perge, ac Dominus sit tecum. Dedit autè illi rex arma: verum ea gestare non poterat. Neque enim hoc sinebat Deus: quò videlicet nullus vinceret, nec arma rei præclare gesta, ac victoria partem sibi vendicarent, ac rex eorum beneficio ipsum victoriam consecutum esse diceret. Arma itaque abiicit, ac fidem induit. Nudus egreditur, sola fidei lorica instructus. Egreditur pastor, ac non miles. Saxum funda emittit, Philistæum ferit, ac non corporis natura & robore, sed fidei viribus victoriam refert. Ipsius gladium sumit, caputque ei præcidit: impletumque est illud Scripturæ, In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Hic ergo talis ac tantus vir, de quo dixit Dominus, Inueni Dauid, virum secundum cor meum (ò præclarum elogium! ò singulare virtutis argumentum!) hic inquam, qui feras superauerat, qui Goliath obruncarat, qui leonem strangularat, qui vrsum oppresserat, qui in iuuenili ætate prudentiam canam præfererat, qui paruo corpore, sed magno pectore erat, qui in regio indumento monasticam vitæ asperitatem exhibebat (fulgebat enim non gemmis, sed lachrimis: Lauabo enim, inquebat, per singulas noctes lectum meum, lachrimis meis stratum meum rigabo.) hic inquam tanta virtute vir, qui spiritualem gratiam pertraxerat, qui coelestem axem attigerat, qui auxilium diuinitus consecutus fuerat, qui bella confecerat, qui deniq; magna & innumera aduersus diabolum facinora gesserat, post cultam pudicitiam, mansuetudinem, honestatem, cùm regnum obtinisset, atque innumera hostium copias fregisset, cùm Gentes imperio suo ac ditioni subiecisset, altissimæque pace frueretur, negligentior segniorque factus est: vt vel hinc addiscere liceat, quantum bonum sit afflictio, quæ virtutum omnium velut parens est. Tum itaque contigit, vt meridiano tempore post prandium è thoro exurgens, in solario deambularet. Ac statim vidit mulierem se lauantem ex aduerso in solario suo, militis cuiusdam vxorem, elegantis forma præditam. Vidit, inquam, atque oculis vagatus vulnus accepit. Audiant hæc, qui curiosis oculis alienas formas contuentur. Audiant, qui insano spectaculorum amore flagrant: qui dicunt, Spectamus, at hinc nihil damni contrahimus. Dauid læsus est: & tu non læderis? Ille læsus est: & ego tuæ virtuti cõfidere queam? Qui tanta spiritus gratiâ pollebat, telum excepit: & tu sanciani te negas? Atqui ille non scortum vidit, sed grauem ac pudicam mulierem, ac non in theatro, sed domi: tu verò in theatro cernis, vbi locus quoque ipse animam supplicij ream efficit. Nec dumtaxat cernis, sed etiam audis sermones obscenos. Nam & meretricios amictus vides, & diabolicos cantus audis: atque vndiq; percutitur mens tua, nimirum & ab oculis, per ea quæ cõspicis, & ab auribus, per ea quæ audis, & olfactu, per ea quæ odoraris. Et cùm tot præcipitæ sint, tot corruptelæ, quæ credere queam te à ferarum moribus immunem esse? Num saxum es? num ferrum? Homo es, communi naturæ imbecillitate circumdatus. Ignem cernis, & non vreris? An istud rationi consentaneum est? Ad fœnum lucernam adiunge: ac tum, si potes, nega fœnum exuri. Quod idem de natura nostra sentiendum est. Vidit igitur eam lauantem: ac pulchritudine captus est, telum excepit, vulnere affectus est. Acciuit eam rex, venit ea flagitium perpetratur. Ita expleta libidine*

2. Cor. 10.

Psal. 9.

Psal. 6.

Periculoso est mulieres lasciuo oculi inuolucrum.

domum eam redire iubet. Hæc eò dico, ac vulneratum in medilum profero, ut vos circumfrantes, quam ratione ipsi medicina fiat, perspiciatis. Nam & chirurgus habet qui se circumstent: ut quemadmodum artis industria morbum superet, videat. Multo itaque magis, cum Propheta vulneribus medica manus adhibetur, nos omnes cernere decet: ut quoniam pacto putredine ac Vermibus liberari debemus, exploratum habeamus. Graue peccatum: libido expleta est, peccatum plene perfectum. Nec erat qui medicinam afferret. Conceptit mulier. Antè enim existimabat rex id facinus ipsius marito incognitum fore. Nam etsi Propheta erat: tamen ipsius menti libido tenebras offundebat. Ut ergo conceptit mulier, Clerrimè statim ad regem accessit: aitque, O rex, perij. Ille autem, Quid tibi rei est? Prægnans sum, inquit illa. Peccati fructus pullulavit: accusationem in vulua circumfero. Indici-um peccati existit: domi se prodit scelus. Si vir meus venerit, ac viderit, quid dictura sum? Atque hinc cogites velim, quantum malum sit peccatum. Rex militem timet. Neque hominem enim quisquam alius seruus censendus est, quam qui peccatum facit. Diademate redimitus timidum erat: & probrum metuebat. Quid? Nõne rex es? Nõne gladij potestatem habes? Ita est, inquit: sed graue peccatum admisi, quod miseriam procreat, atque ignominiam prodit. Vides quantum mali in peccato insit? Quid igitur hic facit rex? Scelus scelere cumulat. Cum enim mulieris maritus Vrias è bello venisset, atque ad regem adiiisset, sciscitatusque esset rex quo statu res militaris esset, Præclare, inquit, se res habet: vicinus. Cum ergo rex militem hostiles copias fudisse audisset, se verò voluptati succubuisse, in summa animi anxietate versabatur, nec propter cladis, quam ipse acceperat, ignominiam, ullam ex victoria voluptatem sentiebat. Ait igitur ad militem: Proficiscere in ædes tuas, ac corpus lava, mensaque tua & vxoris complexu fruire. Quoniam autem consilio istud? Nempe ut vulnus obduceret, atque infans ex ipso procreatus esse putaretur. At istud in somnis ille oculus, vulnerati curam gerens, non permittebat. Quid igitur ad hæc miles? Qui tandem istud, inquit, facere queam? Israëliticus populus in bello est, dux in acie, arca testamenti Domini in castris: & ego domum ibo, ac deliciis indulgebo? Rex igitur, quoniam admisi flagitij obregendi nulla deinceps facultas dabatur, ad ducem epistolam scribit, hoc exemplo: Pone Vriam ex aduerso belli, vbi fortissimum est prælium: ut interficiatur. Atque ei epistolam ferendam committit. Ita, qui iniuriam acceperat, gladium in perniciem suam gestabat, ac litteras cruoris plenas ferebat. Ac deinde stetit in acie, ac mortem occubuit. En secundum scelus, hoc est cædes, adulterij fructus exitit. Hæc autem ob peccatores, & eos, qui plurimorum malorum sibi conscij sunt, commemoro: ut cum ea audiunt, de sua salute minime desperent. Scriptum est enim: Non occides, non mœchaberis. Hæc autem duo primaria mædata violauit. Adulterium enim perpetravit: ac tum eum, quem iniuria affecerat, interemit. Graue sanè vlcus, ingens vulnus. Posteaquam igitur ad bellum profectus Vrias obtruncatus est, ac statim obductum peccatum exultauit, tum denique Propheta Nathan ad eum pervexit, Propheta, inquam, ad Prophetam. Atenim cum David quoque Propheta esset, cur non sibi ipse medebatur? Nimirum quemadmodum medici, cum morbo conflctantur, aliorum medicorum ope atque auxilio indigent, quia morbus artem labefactat: sic etiã hoc loco Propheta ille erat, hic item Propheta: verum ille sanus erat, hic verò æger, non quidem in lecto iacens, sed in vitio degens. Aiunt igitur ei, Nathan Propheta foris est. Ingrediat, inquit ille. Ingreditur ergo Propheta: conspicit eum non sine magno splendore ac regio fastu confidentem. Et quid ait? Lis mihi est: audi me. O singularem medici sapientiam! Ingressus est ferrum gestans, ut vlcus fecet: at illud ægroto non indicat, ne medicinam refugiat, sed intus abscondit, non sub vestimento, verum sub narrationis cuiusdam integumento. Confestim enim ut ingressus est, non dixit, O flagitiose, ô prophane, ô adulter, ô sicarie. Non aperta, non reprehensionem adhibuit, nec orationis libertate prætextus omnis ex parte vsus est: verum absconditum ferrum tenuit. Lis mihi est, inquit, ô rex. Ille autè: Age, quidnam tibi litis sit, commemora. Tum ipse: Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper. Diues habebat oues, & boues plurimos valde. Pauper autem nihil habebat omnino præter ouem vnã paruulam, quam emerat & aluerat, & quæ creuerat apud eum cum filis eius simul, de pane illius comédès, & de calice bibens, & in sinu illius dormiens. Vides quemadmodum paupertas amoris, ac beneuolentiæ causa sit. Etenim apud diuites

**A**uites ingens fastus est: apud pauperes autem vxor familia & ministra munere fungitur. Cum procreat filium, & mater ipsi & nutrix est. Apud diuites autem secus res habet. Nam ubi mulier puerum in lucem edidit, foris eum nutriendum tradit: ac fastus ingentem illam materni amoris vim abruptit. Parit mater: & nutrix non est. Pudo eam, quæ mater exitit, nutricem esse. At non ita Deus. Nam & nos genuit, & idem ipse nos aluit. Vnde etiam cibi loco carne sua nos pavit, & poculi loco sanguinem suum nobis bibendum dedit. Cum autem venisset peregrinus quidam ad diuitem. Quinam hic peregrinus est? Libidinosæ scilicet illa, & belluina cupiditas. Parcēs ille sumere de ouibus & de bobus suis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi, tulit ouem illam viri pauperis, quæ de mēsa ipsius comedebat, & in sinu ipsius dormiebat, & præparauit cibos homini qui venerat ad se.

**B** Quid igitur? Iratus est rex. Existimabat enim se de aliena controuersia sententiā ferre: ac quod iustum erat, luculenta voce pronuntiabat. Non enim beneuolentia mouebatur ne verum diceret: sed inuitus in iram prorupit, ac iustam sententiā tulit. Gladio morietur, inquit, atq; ouem in quadruplum restituet. Nec verò hoc ex Legis præscripto imperauit. Lex enim furem quadruplū reddere iubet. At ipse Legem quoq; transiit. Nā & ipsum morte mulctat, & quadruplum restitui iubet. Ad hunc itaq; modum emissa sententiā, ac numeris omnibus absoluto iudicio, tum denique Propheta laruam abiicit, ac ferrum aperit, atq; Tu es, rex. Quid igitur ille? Peccauit Domino. Vides quamnam etiam in morbo ingenuitate animi præstiterit. Non enim ad eum dixit: Miser & erumnose homuncule, vnde progressus, aut qua re fretus, ita audacter ingressus es? atq; arrogantia & fastu turgidus regē vsque adeo aperte coarguere sustines? Verū quid ait? Peccauit Domino. Quid igitur Propheta? Etiam

**C** Dominus abstulit peccatum tuū. Celer pœnitentia: celerior Veniā. Dic tu prior, inquit, iniquitates tuas, vt iustificeris. Per opera Deo stomachū mouisti? Per verba te pœniteat. Hæc eò cōmemoro, vt audiant peccatores, & qui lapsi sunt, de Domini medicina non desperent, verūm ex animo ac nō subdole pœnitentiā agant. Peccauit, inquit, Domino. At ille: Etiam Dominus abstulit peccatum tuum. Tu quidem dixisti, Gladio interibit: at ego dico, Non morieris. Scorti amore captus es, ac stuprum admisisti? Vis pœnitentiā agere? Ne peccatum peccato adiungas.

Esa. 43.

Ob eam causam Deus eos, qui peccati principatū tenebant, elegit, ne quis posthac salutis suæ diffidat. Impius es? Magos cogita. Raptor es? Publicanum tibi animo propone. Impurus es? Meretricis tibi in mentem veniat. Homicida es? Latronem considera. Iniquus es? Ante

Hom. 2. in

Psal. 50.

**D** oculos Paulus tibi versetur, prius blasphemus, ac postea Euangelista: prius zizanium, ac postea triticus; prius lupus, ac postea pastor: prius plumbū, ac postea aurum: prius prædo ac pirata, ac postea gubernator: prius Ecclesiæ popularor, ac postea Ecclesiæ curam suscipiēs: prius vineas excindens, ac postea agricola effectus: prius templū diruens, ac postea edificans. Vidisti singularem improbitatē? Vidisti virtutem superantē. Vidisti serui contumaciam? Vidisti quosq; Domini benignitatē. Ne mihi dicas, Blasphemus sum, persecutor sum, impurus sum. Omnium exempla præsto habes. Ad quem libuerit portū, cōfuge. Vis in veterē? Dauidem habes. Vis in nouū? Paulum. Ne tergiuer seris, ne cuncteris. Peccasti? Fac te pœniteat. Millies peccasti? Millies te pœniteat. Hæc verborū fomenta continenter adhibeo, vt tumorem comprimam. Non enim me fugit quā proclius sit ad desperationē conscientia. Instat diabolus gladios acuens, atq; his verbis vtens: Totam iuuentutem tuā probro ac de-

Nullum tam graue peccatum est, quod non deleat pœnitentia.

**E** decore affecisti: totum vitæ curriculum in flagitiis consumpsisti. Prius in theatro cū amicis eras, in circo cum sodalibus, in lupanari cum scortis. Postea rapuisti, auaritia te dedisti, fellisti, peierasti, blasphemus te deuinxisti. Quæ iam tibi salutis spes esse queat? Actū plañe de te est. Quare præsentī vitæ fruiere, ac voluptatib⁹ da operā. Hæc diaboli verba sunt. At mea, contraria. Peristi? At salutē adipisci potes. Adulteriū admisisti? At eo crimine liberari potes. Lapsus es? At excitari potes. Parua est pœnitentia tua? At magna Domini facilitas. Cædis crimine te constrinxisti? Pœnitentia afficere, ac meliorem mentem indue. Adulteriū perpetrasti? Cōfiteri. Cecidisti? Resurge. Vulnera intulisti? Medicinā adhibe. Et tantisper dum stiras, si in extremo die pecces, in ipso lecto, in quo decūbis, animā agēs, ac iam tamq; ex huius vitæ scena excessurus, tūm te pœniteat. Temporis angustia Dei benignitatem non preuenit. Nec verò mihi illud dicas velim, Quonam pacto, cum vlceribus

Diabolus desperatio nem peccatoribus inicit.

scateam, ac vulneribus undiq; confectus sim, extremo die poenitentiam agere queam? Potes  
 F. Quid, & quidem facile potes. Ora, fac elemosinam, in testamento pauperibus aliquid relin-  
 que. Tu illuc vadis: & opus tuum hic manet. Ne mihi hoc dicas, Quoniam modo salutem  
 nere queam? Cum Deus agit, rationes ne exposcas. Cum ille medetur, ne desperes. Stet me-  
 dicus, secat, vrit, sexcenta medicamenta adhibet: nec tu ab eo curationis modum requiris, ve-  
 rum conserui arti concedis. Seruo concedis: & Deo non concedis? Quo pacto id fiat, ne scisci-  
 teris: sed admireris. Quaro enim ex te, quoniam pacto latro ille, qui omne vitæ tempus in ce-  
 dibus & cruore confecerat, salutem consecutus sit? Parietes perfodit, bona diripuit, non resi-  
 pit, non poenitentiam egit, cum in terra versaretur. Ab hominibus condemnatus est: à Deo  
 corona redimitus. Vita penes eum potestas non erat: & regni fuit. Terrena perdidit, & su-  
 perna accepit. Quoniam modo, dic quas? Vnico dumtaxat vocabulo. Quid enim dixit? Mem-  
 G. mento mei Domine, cum veneris in regnum tuum. Ac verbum hoc valuit. Quamquam non  
 verbum dumtaxat, Verum Dei quoque benignitas poenitentia admixta latronem paradisi  
 ciuem effecit. Quoniam pacto, nescio me à me curationis modum exposcas. Modum non quaro: satis  
 mihi est morbo liberari. Audesne modum sciscitari? Deus est qui operatur. Cedo, quoniam modo  
 adulteri, molles, pædicones, cum deprehendantur, in vincula cõiiciuntur, imperatoris autem  
 nutu solo dimittuntur? Atqui imperator cõferuus meus est. Nam etsi purpuram gestet, nihil  
 tamen me substantia antecellit. Vna enim eademq; mihi cum illo natura est. Et tamen ad  
 vnicum ipsius nutum, ac paucas litteras reus liberatur. Non iudex repugnat, non carceris cus-  
 tos contra nititur, non legum autoritas aduersatur: Verum imperatoris dignitas reum ab  
 omni periculo vindicat. Deus autem, angelorum & archangelorum dominus, nutu solo salutem  
 offerre non poterit? Ac quid imperator, si nocentem missum fecerit, cruciatu dumtaxat libe-  
 H. rat: at Deus peccata remittit. Si enim dixerit, Adulterum esse adulterum nolo, sermo ipsius  
 in opus prodit: si dixerit, Scortator iam scortator non sit, sermo ipsius mentem illius immutat,  
 ac peccatum retundit. Atq; ut rem ita se habere intelligas, dixit, Volo cælum fiat: & factum  
 est cælum. Volo terra fiat: & eam ex nihilo procreauit. Volo angeli fiant: & eodem momento  
 angelorum chorus exiit. Itæne igitur, cum substantias meæ præditas, & corpora ex nihilo  
 sermo efficiat, peccata tamen solvere non poterit? Nam quid est peccatum, si cum Domini be-  
 nignitate cõferatur? Aranea tela. Ergone ventus, si aranea telam perflauerit, eam protinus  
 lacerabit. Deus autem, si velit, peccatum delere non poterit. Hæc porro non eò à me commemo-  
 rantur, ut seigniores ignauioresq; vos reddam: sed ut ad maioris expectationis, ac latioris  
 spei fiduciam adducam. De nemine unquam desperes, o homo, nisi de eo, qui de sua ipsius salu-  
 te nullam spem habet. Prophetam cogita, post Spiritus gratiam, post fiduciam ad Deum, post  
 tot res præclare gestas, ac tot trophæa, prædicantem ac dicentem, Misere mei Deus secun-  
 I. dum magnam misericordiam tuam. In Dominicæ benignitatis pelagus me ipsum proieci. Et  
 quid vis, dic sodes? Audiuisti Prophetam dicentem, Dominus abstulit peccatum tuum. Non hoc,  
 inquit, solum quæro. Pulchritudinem meam peto, fiduciam peto. Et secundum multitudinem  
 miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Adhuc maiora posco, maiorem splendorem, ma-  
 iorem puritatem. Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. Adice  
 misericordiam tuam, ac nervos tuos contende. Misericordia quidem Dei nullo sermone  
 exprimi atq; explicari potest, cõprehensionem omnem fugit, mentem excedit, rationem su-  
 perat: verum opus est, ut operam quoque nostram ipsi adiungamus. Animaduerte quod dico.  
 Deus miseretur: at non simpliciter & absolute. Verum à nobis quidem aliquid impertiri  
 K. vult. Quidnam autem his verbis volo? Innumeris peccatis scates, delictorum sarcinis preme-  
 ris: cupio te iis leuare. Verum tu quoq; manum porrige. Non quod tua ope atque auxilio indi-  
 geam, sed quia te etiã ad salutem tuam quippiam cõferre volo. Quoniam igitur pacto latro  
 salutem obtinuit, ac tot peccata discussit? Atqui non misericordia sola, sed etiã fidei beneficio.  
 Luc. 23. Memento enim mei Domine, inquit, cum veneris in regnum tuum. Quidnam Deus ad ipsius  
 Ingenla salutem contulit? Peccatorum remissionem. Quid latro? Fidem. Qualem hanc? magnam, subli-  
 tronis fi- mem, ad cælum usque peruenientem. Qui laudem istud? Iudei mortuos ad vitam reuocari,  
 des. demones pelli, maris impetum frenari, terram scaturire, piscem staterem ferre, stellam Magos  
 tamen eum in crucem egerunt. At latro, cum nihil eorum vidisset, verum eum conspuit, atq;

**A** contumeliosus affici, minime tamen offendiculum subiit, sed cœlorum regem cōfessus est. Vides quoniam non abs re misericordiam obtinuit: quoniam ipse quoque ad salutem suam fide contulit. Necesse est enim, ut cui misericordia impertitur, ipse quoque ad salutem suam adiumenti aliquid afferat. Age rursus, Publicanus ille, qui rapax erat, auaritiæq; studiosus, qua tandem ratione salutem adeptus est? Aderat Christus, ac dixerat ei, Veni sequere me: & surgens secutus est eum. Ita, quemadmodum latro verbum contulit, sic Publicanus quoque hoc ipsi præbuit, ut eum sequeretur. Ut enim in iis, qui aduersa valetudine laborant, ac penè incurabilibus morbis tenentur, atque ingentis pretij pharmacis opus habent, si medicus accedat, atque ad ægrotum dicat, Multis ad medicamenti confectionem rerum generibus opus habes, ægrotus autem pauperem se esse respondeat, negetque se habere unde tot medicamentorum genera comparare queat, tum verò dicat medicus, Hoc & illud da, & reliqua ipse suppeditabo: eodem scilicet modo ait quoque Dominus, Da mihi confessionem, & lachrimas ac poenitentiam: & reliqua de mea benignitate ac munificentia tibi dono do. Quid igitur obtulit Dauid? Quoniam, inquit, iniquitatem meam ego cognosco. Vicissitudo est. Dedit Dominus misericordiam suam: dedit rursus is qui peccauerat, confessionem peccatorum suorum. Et peccatum meum contra me est semper. O singularem animæ ingenuitatem! Peccati sui memoriam non abiicit, quamuis etiam ipsi remissum fuisset. Etenim ille in conscientia non secus atque in imagine quadam adulterium & homicidium depictum habebat. Perinde autem est ac si diceret: Ego peccatum meum video: tu ne id consideres. Ego illud scribo: tu, qui Dominus es, dele. Vide quid accidat. Si tu peccati memoriam retineas, Deus illius non meminit. Sin autem eius memoriam deponas, Deus illius recordatur. Ego enim, inquit, sum Dominus, qui deleo iniquitates tuas: nec eorum recedabor. Tu verò fac ea meminervis. Quid autem est quamobrem me eorum memorem esse vis? Nempè ut unâ quoque benignitatis Dei recorderis. Tales erant quondam sancti homines: eorum, quæ rectè & cum virtute gesserant, obliuiscabantur: peccatorum autem meminerant. Non ut nunc homines solent, qui scelerum quidem suorum obliuione tenentur: at si quid laude dignum egerint, in medium proferunt, animisque intumescunt, ac se insolenter iactant, humanam laudem aucupantes. Aliquid boni fecisti? Obluiscere: ut Dominus tuus istud commemoret. Aliquid mali commisisti? Memoria id tene: ut Dominus tuus illud obliuione deleat. Domino tuo cede. Num enim tu rectè facta tua ita oratione complecti potes, ut Dominus ea commemorat? Tu ea si narres, imminuis: Dominus autè, ea si exponat, auctiora reddit. Etenim cum roganti pauperi aliquod tribuisti, quid dicis? Vidi pauperem fame laborantem: & eum alui. At Deus dicit, Esuriientem me vidisti, & paui. Quocirca fac ei cedas, qui magnificè atque amplè virtutes tuas predicare potest. At verò peccata ipse tua commemora, ut ea oblites. Atenim te pudet confiteri quòd peccaueris. Quotidie inter precandum ea recense. Non enim edico, ut ea cōseruo, qui probis te infectetur, exponas. Dic Deo, qui ea curat. Num enim, nisi dixeris, Deus ea ignorat? Nū ea ex te scire necesse habet? Cum ea committeres, aderat: cum ea perpetrare, norat. Perpetrabas ea: & perpetrare non pudebat. Quid ergo? Res ipsas non es veritus, & verba ea, quæ tibi iustitiam conciliant, vereris? Hic dicito, ut ne illic dicas. Dic & collachrima. Peccata tua in libro perscripta sunt. Spongiæ loco tuæ lachrimæ sunt. Lachrimas itaque profunde: & ea delebuntur: lachrimas emitte: ac purus illic liber inuenietur. Atq; ut quæta lachrimarum vis sit, exploratum habeas, audi. Num meretrix illa sanguinem effudit? Et tamen peccata sua deleuit. Quoniam tandem pacto? Lachrimis scilicet. Quid autem meretricem atque impuram mulierem commemoro? Illud Ecclesiæ columen, illud fidei fundamentum, illud chori Apostolici caput, beatus, inquã, ille Petrus, an non semel atque iterum, & tertio Christum abiurauit? Num autem propterea cruorem effudit, ac non potius lachrimarum fontes emisit, ac plorauit, atq; ita peccati labem absterxit? An non codicem domi habes, in quo quotidie impensi atque expensi rationes conscribas? Habeto etiam in conscientia tua librum, in quo peccata tua quotidiana à te conscribantur. Quod autem dico, est huiusmodi: Cum in lecto decubuisti, ac nemo est qui tibi negotium facessat, antequàm somnus te occupet, codicem in mediū propone, ac peccata tua tecum reputa, dicēs: Num hodierno die vel sermone, vel opere peccaui? Hoc Propheta quoque monet, cum ait, Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris

simile.

Esai. 43.

Peccata sua obliuiscuntur homines, rectè facta meminerunt.

Mat. 25.

Luc. 7.

Salutare consiliū.

Psal. 4.



compungimini. Interdū hoc tibi facere non vacat. Nam & prefectorum metus, & sodalium colloquia, & negotiorum administratio, & proles educandæ studium, & vxoris cura, & instruendæ mensæ sollicitudo, ac sexcenta alia negotia te distrahunt. At cū in lectum, tanquam in tranquillū portum, te coniecisti, nec quisquam est, qui tibi molestiam exhibeat, dic peccatori tuo atq; animæ: Cōsumptus est nobis, o anima, hodiernus dies. Quid nā boni egimus? aut quid mali perpetravimus? Ac gehennæ recordare: ut & bonū augeas, & malum deleas. Si in lecto sis, ac peccata tua in memoriā tibi redigas, lacrimas funde. Nā hac ratione, etiā cubās, ea obliterare poteris. Deū roga atq; obsecra: atq; ita corp⁹ somno da.

Peccatorum excusatio hæc est: Peccator sum, inquit ille: ac proinde Ecclesiastico cœtui interesse nequeo. Imò verò, quoniam peccatorem te esse profiteris, adesto, quò iustus efficiaris. Iustus es? Adesto: ut ne iustitia excidas. Ecquis autem hominum, dic quæso, peccati expers est? Quin ob hoc ipsum & sacrificium est, & Ecclesia: ob hoc ipsum peccatio & ieiunium. Nam quia multa animæ vulnera sunt, multa quoq; aduersus ea remediorū genera inuenta sunt, atq; accommodatū cuique animæ vulnere pharvacum constructum est. Habes Ecclesiam, habes sacrificium quod celebretur, preces Patrū, Spiritus sancti suppeditationem, martyrum memoriā, sanctorum cœtum, ac pleraq; alia huiusmodi, quæ te à peccato ad iustitiam reuocare possint. Ad martyrum precatiorū non venisti? Et quam veniā obtinere queas, dic quæso? Cura aliqua huiusce vitæ te detinuit? Maius crimen. Vnam horam Deo non commodasti, ut integrum diem accipias. Peccator sum, inquis: ac propterea venire nequeo. Imò quia peccator es, idcirco ingredi. An te fugit, quòd qui ad altare assidui sunt, ipsi quoque peccatis scatent? Carne siqui dem cōuesti sunt, & sanguine compacti, & ossibus colligati. Quin nos etiam ipsi, qui in throno sedemus, ac docendi munere fungimur, peccatis implicamur. Nec tamen propterea de Dei benignitate desperamus, neq; ipsi inhumanitatem ac seuitiam tribuimus. Omnes enim homines sumus, ex iisdē elementis constati. Nec docendi prouinciam defugimus, in Dei benignitatem intuentes. Ac vos quidem, cū aliquid peccati admittitis, non tanto crimine constrikti tenemini: ut qui sub magistro ac doctore sitis. Nos autem, quantò vobis dignitate præstamus, tantò quoq; maiori crimine deuincti tenemur. Longè enim grauius est doctore, quam discipulorum peccatū. Atque istud etiam diuina prouidentia factū est, ut ipsi quoq; sacerdotes peccato obnoxij essent. Nam si non peccarēt, atque huius vitæ perturbationibus subiecti essent, in alios inhumani & crudeles extitissent. Ob id igitur diuinitus factum est, ut sacerdotes quoq; ac præfeti perturbationibus ac vitis minimè carerent, ut per ea, quæ ipsi perpetuantur, iis, qui peccant, veniam impertire discant. Quinetiā Deus eos, quibus Ecclesia, ac populi curam mandaturus erat, in peccatum labi permisit: ut ob suos lapsus aliis humanos ac faciles sese præberent. Nam si ipsi à peccato immunes extitissent, nullam peccantibus veniam dedissent, verū inhumanitate præcipites acti, omnes ab Ecclesia præcidissent. Quòd autem hæc ita se habeant, nec mera coniectura ductus hæc dicam, age ex ipsa historia fidem faciamus. Petrus regni cœlestis clauis suscepturus erat, imò, ut rectius loquar, suscepit: atque ipsius fidei populorum multitudo committenda erat. Quid enim ait ad eum Dominus? Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlo: & quodcunq; solueris super terrā, erit solutum & in cœlo. Erat porrò Petrus acris ac seueri animi. Quòd si hoc præterea habuisset, ut peccatum in eum non caderet, quis tandem ipsius discipulis apud eum veniæ locus fuisset? Quocirca diuina gratia hoc effecit, ut ipse ad breue tēps ab eo abscederet, atq; in peccatū laboretur, ut per ea, quæ passus fuerat, faciliore humaniorēq; se aliis exhiberet. Ac

Cur Deus sacerdotes quoque peccato obnoxios esse voluerit.

Mar. 16. perspice, quæso, quemnam virum in peccatū incidere permittat, nempe Petrum illū, Apostolorum coryphæum, firmum fundamentū, in fragilem petram, tranquillū portū, turrim minimè labantem, Petrum, in quā, illum, qui Christo dicebat, Etiā si oportuerit me mori tecum, non te negabo, Petrum, qui ex diuina reuelatione veritatem confessus fuerat, Tu es filius Dei viui. Hic igitur, ea nocte qua Christus proditus est, cū in Phariseorum domum venisset, ad prunas stabat, & calefaciebat se. Accedēs autē puella, dixit ipsi, Et tu cum Iesu Galilæo eras. Petrus autē: Non noui hominem. O Petre, estne id quod pollicebaris? An non recens dicebas, Etiā si oportuerit me mori tecum, non te negabo? Et nunc negas, atq; ais, Non noui hominem hunc. Nondum tormentorū, nondum virgarum periculo facto, sed dumtaxat

exiguæ

A exigua puella verbis auditis ad negandum profiliisti. Nondū equulei, nondum plaga, nondum flagra, nondum furores, nondum gladij exacuti, nondum prefecti, nondum comminatores, nondum mors impendens, aut denunciata, nondum carceres, & precipitia, & mare: & iam negas? Ac rursus puella: Verè & tu cum illo eras. Ipse autem: Non noui hominem hunc. Ecquis est, qui te alloquitur, vt tam facile ad negandum prorumpas? Nemo eorum, qui terrorem incutere poterant, sed mulier, imò nec mulier quidem, atque ipsa ostiaria, & abiecta nulliusq; pretij ancilla. O rem nouam! Puella Petrum superauit: puella accedens, Petri fidem perturbauit. Petrus, qui columen erat, puella minas non pertulit: Verum quamprimum illa vel duntaxat vocem misit, contremuit. Quem vidisti Petre, vt tam citò negares? Vilem puellam, ac contemnendam ostiariam. Hac visa Christum abiurasti. Ceterum tertio rursus puella, Et tu cum illo eras. Ille verò eodē modo rursus negauit. Ac tum denique Christus ipsum intuitus, ea, quæ dicta fuerant, ipsi in memoriam redegit. Quo intellecto ipse cœpit flere, atq; ob peccatum animo angri. Attamen Christus pro sua benignitate peccatū ipsi remisit. Norat enim, vt Deus, ipsi humani aliquid accidisse. Peccato porro succubuit, vt peccatum suum cogitans, ac Domini remissionem, ipse quoque aliis peccatoribus benignè ignosceret. Idcirco enim is, qui Ecclesiæ curam suscepturus erat, illud, inquit, Ecclesiarum columen, ille fidei portus, ille orbis terrarum magister Petrus, peccato succubere permissus est, vt venia ipsi concessa, benignitatis occasio aliis fieret. Hac autem cur à me dicta sunt? Nempe quia nos quoque, qui sacerdotij munere fungimur, atque altiore subfello sedemus, peccatis constricti sumus. Ob eam causam non angelo, non archangelo, qui extra peccandi aleam positi sunt, sacerdotij munus commissum est, ne plebem peccantem fulmine ilico feriatur: Verum homo, ex hominibus assumptus, hoc subfellium suscepit, isque peccato ac voluptate tanquam vinculis quibusdam astrictus, vt cum peccantem aliquem nactus fuerit, benignitatis erga illum atque clementiæ ansam à peccatis suis trahat. Nam si angelus sacerdos esset, ac fornicatorem quendam arriperet, eum de medio tolleret, quoniā ipse huic vitio minimè obnoxius esset. Si angelus potestatem accepisset, non doceret, sed confestim mortem inferret. Nam quia ipse ab huiusmodi vitio alienus esset, idcirco aduersus eum, qui hoc crimine se deuinxisset, iracundia efferretur. Hac igitur de causa homini, qui peccata nouit, atque in seipso experitur, sacerdotij munus mandat, vt iis, qui ad se veniunt, ignoscat, ac non per iracundiam hominibus spoliatur Ecclesia.

D Si qua est anima, quæ caliginem à peccato contraxerit, ne timeat. Tantum poenitentiam agat. Etiam si extremo vite spiritu cōsistatur, ac velut in vltima hora sit, ne pertimescat. Tantum poenitentiam cum fletu agat. Ezechiam regem imitare, qui cum morbo affectus in lecto iaceret, atque Esaiam audiuisset his verbis ad se vrētem, Dispone domui tuæ, morieris enim, & non vives, conuersus ad parietem, lectum suum poenitentia lachrimis perfudit, atque hac ratione quindecim vitæ annos confestim accepit.

Nemo de sua salute desperet. Publicanus es? Euāgelista fieri potes. Latro es? Paradisum furari potes. Magus es? Dominum adorare potes. Nullum est vitium, quod poenitentia non deleatur. Ob eam causam eos, qui improbitatis primas tenebant, elegit Deus, ne tu in perpetuam fugam te cōiicias. Facebant à te hæc verba, Perij, quid iam superes? Medicum habes morbo superiorem. Medicum habes, voluntate sola morbum depellentem, ac volentem. Ex nihilo te in ortum produxit. Quantò ergo magis in ortum productum ac distortum erigere atque instaurare potes? An non prius puluerem è terra sumpsit, atque hominem effinxit? Quonam modo ex terra carnem effecit? Quonam modo nervos, ossa, venas, oculos, palpebras, supercilia, linguam, pedtus, manus, pedes, ac denique reliqua omnia? An non terra subiectū erat, atque vna essentia? Et ars ingressa est, ac varium istud opificium effecit. An modum, quo peccata delect, exponere potes? Vt enim ignis in spinas incidens, eas absumit: ad eundē modum, & quidem multò magis, Dei voluntas peccata nostra cōsumit, ac radicatus enellit, eumq; qui peccauit, similem ei, qui non peccauit, efficit. Modum ne inuestiga, nec curiosius id quod sit inquire: Verum miraculo fidē adhibe. Multa & magna peccata perpetrasti? Et quis tandem peccati expers est? Ad sacrificium tibi hoc satis est. Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris. Peccatum tuum agnosce, atque hoc, correctionis tuæ initium fuerit. Hæc moestus ac tristis sis, fac lachrimas fundas. Quid enim aliud meretrix illa præter

lacrimas effudit? Et hinc tamen id consecuta est, ut ipsius peccata deleverentur.

Plora ante tempus: ne illic plores. Pœnitentiam age, dum licet: ne tum scelerum te pœniteat, cum iam pœnitentiæ tempus non erit. Bonis operibus incumbamus, quandiu possumus. Pecunias si amiserimus, eas recuperare possumus: temporis autem si iacturam fecerimus, alterius nanciscendi facultas nulla est.

*Dei amor erga pœnitentes.* Insanus amator non usque adeo amasiam suam deperit, ut Deus animam pœnitentem. Ea enim est Domini benignitas, ut neminem eorum, qui ad se profugiunt, auerferet: verum ipsi manum porrigat.

Tempore non est opus ei, qui salutis suæ desiderio tenetur. Siquidem latro non temporis tractu salutem adeptus est: verum hinc duntaxat quod credidit, sempiternum regni cœlestis thesaurum lucratus est.

*Dei bonitati obstat qui de peccatorum venia desperant.* Spem salutis abicere, ac pœnitentia abstinere noli: verum, cum peccator sis, accede, ut Dominum tuum laude atque gloria afficias, eumque supplex roges, ut benignitatem suam in peccatorum tuorum remissione ostendat. Nam si accedere peritueris, ipsius bonitati, quantum quidem in te est, obsteris, ac benignitatis facilitatisque ipsius affluentem copiam impediueris. Pœnitentium luctum, & quidem perlubenter, accipit: ut ea ratione pristinum splendorem atque ornatum recipiant. Ac sanè multò melius conducibiliusque est, priusquam ad Christi tribunal sistamur, omni crimine liberam, atque ipsa, quæ nobis obicienda erunt, medicinam adhibere, omnisque culpæ spurcitiem eluere: quam tanti sper expectare, dum in scelerum pœnas incidamus, ac supplicium iusto iudici pendamus.

*Athana. Peccanti habitus hominem in reprobium sensum ducit. Element.* Celeri pœnitentia opus est: ne alioqui, dum quis cunctatur, ac moras neclit, tempus quidem prauum ad impietatem habitum ipsi conciliet: ipse autem mente reprobus effectus, superpera infera reputet, ac præposterè de rebus iudicet.

*Quo statu vos inuenero, eo vos iudicabo.* Atque in singulis rebus cunctorum finis clamat. Itaque tum ei, qui per omnem quidem vitam summo studio virtutem coluit, verum sub finem ad vitium deuolutus est, inanes & infrugiferi omnes pristini labores sunt, ut qui velut in fabulæ catastrophe elanguerit: tum ei, qui prius flagitiosè ac sceleratè vixit, post autem ad meliorem mentem rediit, ad hoc ut malam diuturni temporis vitæ rationem per insequentis temporis resipiscentiam expugnet, magna cura & diligentia opus est: quemadmodum videlicet ij quoque, quorum corpora diuturno morbo debilitata sunt, exacta victus ratione, ac maiore animi attentione indigent.

*Difficile est ex vitiosa consuetudine emergere. Simile.* Adhuc quidem fortasse vitia ea, quibus à puero quispiam assueuerit, repenti abscondi possunt. Verum hoc demum, cum Dei potentia, atque humana supplicatione, & fratrum auxilio, & sincera pœnitentia, & continua meditatione perficitur.

Longè quidem illud optimum est, non peccare. At bonum etiam, cum quis peccarit, ad meliorem frugem se recipere. Quemadmodum scilicet præstantissimum quidem est perpetua sanitate frui: at bonum quoque, post morbum ad sanitatem redire.

*In quo sit vera pœnitentia.* Vera pœnitentia in hoc sita est, ut ne quis iisdem criminibus obnoxius rursum inueniatur: verum ea, ob quæ seipsum morte multandum existimauit, funditus extirpet.

Id demum est vere à peccatis conuerti, finem peccandi facere, ac non iam ad ea, quæ à tergo sunt, oculos conuertere.

*Didymi.* Conceptus de peccatis dolor, pœnitentis mentem puram efficit. Præsentem virtutem Deus comprobans, veterum peccatorum obliuiscitur. Non resurgere, cum lapsus sis, verum in peccato habere, contemptoris hominis est, ac vehemèter stolidi. Eorum, qui ab impietate ad pietatem se conuerterunt, impietas, quæ loci expers est, non inuenitur. Neque enim ab initio erat, neque in sempiternum erit.

*Nili.* Salutis principium, est sui ipsius condemnatio. Peccantibus Deus non statim pœnam infert: verum pœnitendi, atque errati corrigendi ac sanandi spatium concedit. Nemo unquam perit, qui quidem efficaci pœnitentiæ pharmaco usus sit.

Magna quidem ac præclara res est, nunquam in peccatum labi sustinere. Sin autem repentino hostis instinctu atque impulsione quandoque labi contingat, ad spem meliorem confugiendum est. Ita enim homines natura comparati sunt, ut ad contraria inflecti possint.





- pulator: & tamen postea præco atq; Apostolus exiit. Quid porrò? Diues es? Et Abrahâ  
 quoque opibus affluebat, ac nihilo secius tamen Deo credidit, & reputatum est ei ad insti-  
 tiam, atque amicus Dei vocatus est. Quid præterea habes quod dicas? Scruius sum? An non  
 Paulum legisti, ad hunc modum Philemoni scribentem, Onesimum, qui tibi aliquando inu-  
 tilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis? At rex sum, inquires. Dauid etiam rex fuit.  
 Et tamen postquam peccauit, atque ad eum Propheta Nathan accessit, eumque de peccato,  
 quod admiserat, obiurgauit, scelus suum confessus est, ac dixit, Peccaui Domino. Et Na-  
 than, per spem ipsius celeri poenitentia, his ad eum verbis usus est, Etiam Dominus trãf-  
 silit à te peccatum tuum. Nam quoniam celer poenitentia fuit, proinde celerior quoque ve-  
 nia exiit. At iuuenis sum, inquires. Daniele ob oculos tibi propone, qui leones tanquam  
 cano constrinxit, & draconem perfregit, & Belem prostrauit, & Seniores condemnauit, G  
 & Susannam à mortis periculo vindicauit. At dices, Calenti atq; impotenti corpore sum.  
 Versetur tibi ante oculos Ioseph, nempe quonam modo ingentis philosophiæ specimen edide-  
 rit, castitatemque complexus sit, sic videlicet se comparans, ut pallium quidem conscinde-  
 ret, fidem autem minimè perfringeret, Verum Aegyptiæ mulieris impudiciam superaret,  
 nec ipsius libidini obsequeretur. Quid insuper? Vidua sum? Si doniam illam intueres, quæ  
 Eliam suscepit, ac pane & aqua pavit. At dices, Meretrix etiam sum. Meretricem Raab  
 perspice, quæ exploratores abscondit, sicq; non modò se, verum etiam domum suam conser-  
 uauit. At pauper sum, inquires. Vide quantam Lazarus, cum in tanta egestate versaretur,  
 philosophiam, patientiãque præ se tulerit. Artis studiosus atque industrius es? At etiam H  
 Iob. Vocatus est autem Iesus ad nuptias. Et cum accessisset, dicit ad eum mater. Vinum non  
 habent. Dicit ei: Quid mihi & tibi mulier? Nòdum venit hora mea. Et cum hoc dixisset,  
 ait, Implete hydrias aqua. Et fecerunt sicut imperauerat. Et extensa manu, aquam in Vinum  
 commutauit. Quid autem est, quamobrem dixerit, Implete hydrias aqua? An qui sermone  
 solo cælum fecerat, ac terram atque omnia, quæ eorum complexu continentur, fundauerat,  
 cuius aspectus abyssos siccet, quem omnis tum cœlestis, tum terrena creatura pertimescit,  
 hydrias sermone implere non poterat? Verum ipse ait, Infundite aquam? Hoc, inquit, eò fa-  
 cio, ut si miraculum hoc inficeretur, eorum manus, quæ aquam infuderunt, & eorum hume-  
 ri, qui gestarunt, ipsos coarguant. Quod etiam ipsum in Lazaro fecit. Cum enim Lazari  
 sorores venissent, dicentes eum morte functum esse, dixit ad eas Iesus: Vbi posuistis eum?  
 Dicunt ei: Veni, & vide. O rem nouam & admirandam! Dixisti, Lazarus mortuus est: & I  
 nunc ais, Vbi posuistis eum? Ipsius mortem Discipulis prius nunciauisti: & locum nescis? At  
 Iudæorum causa hoc dico: quoniam improbo ac præpostero animo sunt. Ut enim ad monu-  
 mentum accessit, dixit Iudæis: Tollite lapidem à monumento. Et tulerunt. Et clamauit voce  
 magna, Lazare veni foras. Et statim prodiit fascis ligatus. Isne igitur, qui montes in cor-  
 maris transfert, lapidem sermone voluere nequibat? Isne, qui mortis stimulum contriuit,  
 qui inferni portas confregit, non etiam vestimetorum nexum percurrere poterat: verum  
 ait, Soluite eum? Ecquid igitur causæ afferri potest? Nempe, ut si inficiari in animum in-  
 duxerint, eorum manus atque oculi ipsos conuincant.
- Cùm homo per piam exercitationem, probamque degendâ vitæ rationem, virtutem cõ-  
 secutus est, ac iam eum pietate ac Dei timore præditum esse apud omnes constat, si postea K  
 (quod Deus auertat) in peccatum cadat, id est ~~in peccatum~~. Etenim ex cœli fastigio, ad quod  
 ascenderat, ad inferni fundum cecidit. Caterum, si in eo lapsu salutem suam non desperet,  
 nec in profundum exitij gurgitem ruat, verum hinc emerfus, peccati lapsus per poeniten-  
 tiam obtegit, nec improba sua consilia dominium in se exercere sinat, rursus in eundem gra-  
 dum restituitur. Nam qui lapsus est, si in lapsu non maneat, verum exurgens, poenitentiam  
 amplectatur, rursus in eundem gradum quasi postliminio redit: quemadmodum alter quoque  
 Propheta dicit, Si conuersus in gemeris, tunc saluus eris. Ac rursus alius: Ad me reuer-  
 tere. Etiam si cecidisti, atque ad voluptatem te allisisti, propterea tamen spem ne abiice, ve-  
 rum exurgens, scelera tua lachrimis ac gemitu prosequere, atq; ad me per poenitentiam redi:  
 ac tuum erratum corrigam. Ego enim sum, qui cõfractos & comminutos erigo. Dominum  
 dicentem audiuimus, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.  
 Ego sarcinam vestrâ leuo. Neq; enim me fugit, vos gestando Legis oneri pares nò esse. Ac  
 proinde

**A** proinde descendit, ut vobis ipsius loco gratiam adueherem, ac vos peccatorum sarcina leuarem. Nemo, siue Magus, siue publicanus, siue blasphemus sit, ad poenitentiam accedere recuset, nemo vereatur. Non idcirco veni, ut mundum iudicem, sed ut mundo salutem afferam. His verbis utitur Dominus, ut nos cohortetur. Quare segnitiam omnem excutiamus. Accedens Iudas, Iesum osculatus est, dicens, Ave rabbi. Christus autem ad eum: Ad quid venisti? Ad quid venerim, percunctaris? Ut tibi osculum figam. O fraudulentum osculum, iniquitatis & exitij plenum, ac gehennæ cruciatum concilians! Meretrix pedes Iesu exosculata, perditam animam recuperavit, ac peccatorum syngrapham concepsit: hic autem eundem osculatus, de vita libro expunctus est. O mulieris sapientiam! O discipuli inscitiam! Illa Domini pedes deosculante gaudebant angeli, ac coronam adornabant: hoc **B** autem osculante, letabantur demones, ac finem, quo ipse se prefocaret, necebant. O osculum aceto ac felle refertum! Ave rabbi. Ille verò gaudet: tu verò plora, quoniam è gaudio eiectus es.

Dixit Iesus Mariae: Noli flere, sed abi, & dic fratribus meis, & Petro, Quia surrexit à mortuis, & ecce procedet vos in Galilaam. Ibi eum videbitis. Vides Domini commiserationem? Nullius alius, quam Petri, nominatim meminit. Quid ita? Quoniam scilicet reliqui non dixerant, Etiam si oportuerit nos mori tecum, non te negabimus. Hic autem, cum hoc professus esset, me tamen abiuravit, ac foras egressus, amare fleuit. Verebitur itaque in conspectum meum venire: quòd peccatum suum solutum non esse existimet. Ac proinde dixi, Et Petro: ut sine vlla dubitatione cum reliquis Apostolis me videat. Dic Petro: Ne vilo modo timeas. Non enim te à loco gloriae submouit, non ceteris inferiorem constituit, non te à dextra mea propuli, non regni caelestis claves alij dedi. Ne timeas. Nam quod ligaueris super terram, erit ligatum in caelis. Ne metuas Petre. Non te à throno meo ablegauit, non gratiam meam tibi imminui. Quod enim tibi pollicitus sum, præstabo. Super tuam, petre instar firmam, fidem, edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non præualebunt aduersus eam. Tu oues meas pascas, tu agnis meis pabulum porriges, tu ad dextram meam, tanquam tribunus stabis. Ne id te in metum conijciat, quòd me negaris. Lachrimas tuas perspexi: ac peccatum tibi remisit. Præclare quoque cū Iuda, qui me prodidit, aeternum fuisset, si poenitentiam egisset, ac non laqueo sibi mortem consciuisset. Eorum enim, quos scelerum poenitet, sum Deus. Ob eam causam in terram descendi, ut poenitentiam mundo impertiam. An, cum publicanis & meretricibus tantam peccatorum multitudinem remissem, tibi vnum peccatum non condonem? Ego poenitentes amore complector. Memento quòd Iudæ causa lachrimas fuderim, nec ipsum perire voluerim. Bonum erat ei, si, cum pecuniam in templo abiecit, poenitentiam egisset, ac non laqueo vitam finiisset. Quoniam autem poenitentia expers mansit, idcirco sempiterno cruciatu afficitur. At verò tuas lachrimas aspexi, ac peccati tibi gratiam feci. An cū Dauidi, qui duplex scelus, hoc est eadem & adulterium perpetraverat, ignouerim, eumque in pristinum Prophetia gradum rursus euexerim, tibi, qui domum, & uxorem ac nauiculam mea causa pro derelicto habuisti, vni cum peccato non remittam? Ne timeas Petre: ego sum qui dixi, Gaudium erit in caelo super vno peccatore poenitentiam agente. Ego sum qui dixi, Venite ad me om-

Eiusdem  
Mat. 16.  
Christi misericordia  
erga Petrum.

**C** nes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Bonum erat etiam Iudæ, si ad me se recepisset, ac non laqueo collum innexuisset, exitiumque sibi ipsi attulisset. Ego enim ne ipsi quidem mali quicquam imprecatus sum. Quin potius, eque ac reliquorum, ipsius pedes abluui, ac panem ipsi impertiuui, neque vilo modo cum eo expostulaui: ut hac ratione ad poenitentiam adduci posset. At noluit. Eoque nomine sempiternis supplicijs excrucietur. Tu verò, quem admissi peccati poenituit, cum reliquis omnibus in conspectum meum prodire ne verearis. Ob eam causam non aginta nouem oues reliqui, atque ad vnam cucurri. Non gratia te, Petre, minui: quandoquidem & vmbra tua infirmis medicinam afferet, & sudaria atque semicinctia demones tua opera in fugam agent, & manus tua contactus eum, qui ab ipso ortu claudus est, ad cursum promptum ac celerem reddet.

Luc. 15.  
Mat. 11.

**D** **E** nes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Bonum erat etiam Iudæ, si ad me se recepisset, ac non laqueo collum innexuisset, exitiumque sibi ipsi attulisset. Ego enim ne ipsi quidem mali quicquam imprecatus sum. Quin potius, eque ac reliquorum, ipsius pedes abluui, ac panem ipsi impertiuui, neque vilo modo cum eo expostulaui: ut hac ratione ad poenitentiam adduci posset. At noluit. Eoque nomine sempiternis supplicijs excrucietur. Tu verò, quem admissi peccati poenituit, cum reliquis omnibus in conspectum meum prodire ne verearis. Ob eam causam non aginta nouem oues reliqui, atque ad vnam cucurri. Non gratia te, Petre, minui: quandoquidem & vmbra tua infirmis medicinam afferet, & sudaria atque semicinctia demones tua opera in fugam agent, & manus tua contactus eum, qui ab ipso ortu claudus est, ad cursum promptum ac celerem reddet.

Mat. 12.  
Act. 5.  
3.

De ijs qui ab agenda poenitentia abhorrent.

CAP. LXXXVII.

T iij

VI operit impietatem suam, non prosperabitur.

Hæc dicit Dominus, Nunquid qui cadit, non resurget? & qui auersus est, nõ reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste auersione impudenti? Detenti sunt in cõsilio suo, & noluerunt reuerti. Fundaui oues eorum supra petram: & noluerunt reuerti.



Hier. 8.

Ecli. 5.

Mat. 5.

Basil.

Aduer-  
sus eos qui  
in peccatis  
immoran-  
tur.

Ex Cano-  
nicis.

Simile.

1. Cor. 15.

Rom. 6.

Chryso-  
st.

Simile.

Simile.

Iustini.

Nili.

Ne dixeris, Peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. Ne expectes vsque ad mortem vt iustificeris.

Esto consentiens aduersario tuo, dum es in via cum eo: ne fortè tradat te aduersario iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.

Si bonum atque vtile est peccatum, ò homo, ad extremum vsque illud retine. Si autem facienti perniciosum, quid in exitiosis immoraris? Nemo bilem euomere querens, ex mala atque intemperanti victus ratione cumulatiorẽ eam reddit. Purgare opere pretium est id quod corpori molestiam exhibet, non autem morbum viribus maiorem efficere. Nautus mercium onus aliquousque suffert: at si supra modum eam oneres, subsidit. Caue ne cum maiora peccata commiseris, quàm quibus ignosci debeat, ante speratos portus naufragium patiaris. Caue ne dum liberationis ac veniæ spe vitiorum agmen tibi ipsi aggeris, peccatum quidem cumules, veniam autem non assequaris.

Vitium silentio compressum, latens est morbus in anima. Quemadmodum igitur non eum de ægroto bene meveri dixerimus, qui perniciosos humores in corpore includit, verum eum potius, qui per dolorem & laniatum eos in apertum trahit, vt per morbi declarationem curationis modus perspicue cognosci queat: eodem sanè modo peccatum occultare, nihil aliud est, quàm ægotanti mortem comparare. Stimulus enim mortis, inquit ille, peccatum est. Caue, ò homo, ne te malorum horum consiliorum aliquando pœniteat: cum iam nihil utilitatis habitura est pœnitentiã.

Quandoquidem in corpore peccauius, cum exhibuimus membra nostra seruire peccato ad iniquitatem, corpore quoque pœnitentiã agamus, eodem scilicet organo ad peccati euersionem vtentes. Conuitiatus es? Benedicentiã stude. Per auaritiã aliquid eripuisti? Redde. Comestationi operam dedisti? Ieiuna. Arroganter te gessisti? Fac te deprimas. Inuidia laborasti? Exhortare. Eadem admisisti? Martyrio fungere: aut, quod parem martyrio vim obrinet, corpus per pœnitentiã afflige. Ac tum post pœnitentiã dignus eris, qui in decachordo psalterio psallas Deo.

Non graue est labi, sed lapsum iacere, nec se erigere, verum per ignauiam ac mollietiem in desperationis cogitationibus voluntatis suæ imbecillitatem occultare.

Multi ex ijs qui peccant, dicunt, Totus pudore suffundor: quoniam modo ad Deum propius accedere queam? quoniam modo eum rogare? Quæ quidem in re diabolico quodam metu laborant. Fiducia cares? Ob eam causam accede: vt ingentem fiducia adipiscaris. Num enim homo est, qui tecum in gratiã rediturus est? Deus est, qui, vehementius quàm tu, peccatis te liberare cupiat. Nec tu tam securitatẽ ipse tuã expetis, quàm ille salutem tuã desiderat.

Anima quæ semel peccatũ degustauit, nec vllõ propterea dolore afficitur, magnũ morbo incrementum affert. Quemadmodum enim scintilla si aliquid arripuerit, omnia iam depascitur: sic peccati natura, posteaquam animum inuasit, nec quisquam est qui extinguat, grauior iam minusque expugnabilis efficitur: vtpotè nouorũ peccatorum accessione ad maiorem contemptum atque contumaciã assurgens. Sic quippe multi plerumque, dum exortã flammã non statim extinguunt, in graue naufragiũ inciderunt. Etenim peccatũ, dum nemo est qui, ne vitius serpat, prohibeat, equo simile est, qui excusso freno sefforem in præceptis agit.

Animus ad ea bona, quibus excidit, agrè reuocari potest: ac rursum ab ijs, quibus assuevit, malis non facile extrahi potest.

Si tu ob ea, quæ aduersus diuinã legẽ admisisti, tibi ipsi vnquã succedere, ac pœnitentiæ pharmacum adhibere voluisses, bonam fortasse de tua salute spem animo conceptam habuissetis. Ac cum diuinũ metũ prorsus contempsis, atq; adeo ipsam quoq; in Christum fidem

A fidem abieceris, fatius tibi fuerat nunquam in lucem editum esse.

Extrema seruitus est, vitijs succumbere, ac manus dare: quemadmodum contra hæc Clemen- dem unica libertas est, ea superare.

Mortem timeo: quia mihi acerba est. Gehennam timeo: quia sempiterna est. Ignem ti- meo: quia nunquam extinguitur. Tartarum timeo: quia calor exers est. Tenebras timeo: quia luce vacant. Vermem timeo: quia immortalis est. Angelos timeo: quia misericordia tarent. Me miserum, qui te clamantem non audiuerim, ac dicentem, O anima, his tuis sceleribus, atque omnibus rebus, quæ mihi odio & execrationi sunt, finem impone. Me miserum, qui templum tuum corruerim, ac spiritum tuum sanctum mœrore affecerim. Domine, vera iudicia tua sunt. Ob breuem ac temporariam peccati oblectationem sempiternis

B peenis excrucior. Propter carnis voluptatem in ignem conijcor. Iustum est Dei iudicium: Docebar: nec animum attendebam. Testificabantur mihi: & ego irridebam. His atq; huiusmodi verbis, ô homo, vteris, si priusquam te scelerum penituerit, hinc abreptus fueris. Homo, vel Gehennam time: vel te regni cupiditas teneat.

Fratres, heu quam horrenda ac tremenda necesse nobis est videre, cum anima è corpore excedit. Etenim aduersariorum potestatum exercitus aduersum nos præsto est, tenebrarum, inquam, principes, ac mundi rectoris nequitia: atque in modum cuiusdam litis animã detinent, omnia ea peccata, quæ ab ineunte atate vsque ad id temporis, quo arrepta est, vel sciens vel imprudens admisit, ipsi obijcetes. Astant igitur eam accusantes. Quomam iam igitur in tremore animam ea hora versari putas, quousque à iusto iudice de ipsius causa pronunciatum sit? Quod si vitam negligenter instituisse cõperiat, horrendam illam vocem auditura est, Tollatur impius, ne videat gloriam Domini. Ac tum eam dies tenebrarum & caliginis occupabit, atq; exterioribus & sempiternis flammis mancipabitur, & in infinita secula condemnabitur, ac punietur.

C

De ijs qui ebrietati student. CAP. LXXXVIII.

**B**ENADAB bibebat temulentus in vmbraculo suo, & reges tri-  
ginta duo cum eo, qui ad auxilium eius venerant: Egressi sunt au-  
tem pueri principum prouinciarum in prima fronte: & percussit  
vnusquisque virum qui contra se veniebat, fugeruntque Syri.

Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinum & pingua,  
non ditabitur. Qui delectatur in vino, in munitionibus suis relinquet ignomi-  
niam. Cui vax? cui rixa? cui iudicium? cui molestia? cui contritio? cui suffu-  
sio oculorum sine causa? Nonne his qui commorantur in vino, & student ca-  
licibus epotandis? Noli inebriari vino, sed consuetudinem habe cum viris iu-  
stis. Si enim ad phialas & pocula dederis oculos tuos, postea ambulabis nudior  
loco subdiali.

Melius est ire in domum luctus, quam in domum conuiuij.

Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedi-  
ne: quoniam periit ab ore vestro lætitia & gaudium.

Væ qui confurgitis manè ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad  
vesperam, vt vino æstuetis. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum  
in conuiuijs vestris: & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius con-  
sideratis.

Operarius ebriofus non locupletabitur. Amaritudo animæ vinum multum  
potatum. Ebrietatis animofitas, imprudentis offensio, minorans virtutem, & fa-  
ciens vulnera. Ira magna mulier ebriofa.

Attendite vobis ipsis, ne fortè grauentur corda vestra crapula & ebrietate, &  
euris huius vitæ, & repentinus superueniat vobis interitus in die illa, Tanquam  
laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem terræ:

Sicut in die honestè ambulemus, non in comessationibus & ebrietatibus, non  
in cubilibus & impudicitijs.

*Basil. Ho. aduers. ebrios. Ebrietas spontaneus demon. simile.* Temulentiam fugiamus, publicam meretricem, impudentiæ matrem, risus amantem, furoris æstro percitã, atque ad omne intemperantiæ genus procliuam. Neque enim in anima ea, cui ebrietas tenebras offuderit, vllum bonũ existere potest. Ebrietas spontaneus demon est, quem Voluptas in anima parit. Ebrietas vitij mater est, virtutis aduersaria. Fortem timidum atque ign auum reddit, castum ac temperantem, impudicum. Iustitiam nescit: prudentiam de medio tollit. Et quemadmodum aqua igni inimica & infesta est, sic immodicus vini vsus rationẽ extinguit. Ac proinde aduersus ebrietatem orationem habere me piget: non quòd leue quoddam ac contemnendum malum ipsa sit: sed quòd nullam oratio nostra vtilitatem habitura sit. Nam cum is, qui temulentus est, mentis errore ac tenebris afficiatur, incassum verba fundit, qui non audientem obiurgat. Ad quosnam igitur nobis sermo erit, si is qui consilio atque admonitione opus habet, ea quæ dicuntur, non audit, is autem qui sobrius ac prudens est, cum à morbo purus sit, sermonis auxilio nihil indiget? Quonam modo cum his, qui huc adsunt, agam, cum nec quicquam vtilitatis sermo habeat, & in silentio difficultas insit? Curamne ac diligentiam relinquemus? At periculo non caret segnities. Aduersus temulentos verba faciemus? At mortuis auribus insomnamus. Quanam re, ò homo, brutis antecellis? An non rationis beneficio, quo à Creatore tuo accepto imperium ac dominium in omnes creaturas adeptus es? Itaque qui rationis vsu ac prudentiam per ebrietatem sibi adimit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Atque adeo pecudibus quoque magis brutos ac vacordes eos esse dixerim, qui temulentia laborant. Siquidem quadrupes omnes animantes ac belluæ certa & definita tempora habent, quibus ad venerem impellantur: quorum autem animus ebrietate correptus tenetur, ac corpus calore præter naturam contracto refertum est, hi quouis tempore, ac quauis hora ad impuros & obscenos complexus adiguntur. Nec verò hoc duntaxat rationis expertes eos efficit: Verum etiam per sensuum deprauationem quauis pecude deteriorem eum reddit, qui ebrietate afficitur. Etenim quæ pecus ita hallucinatur, ac preposterè audit, ut ebrius? An non, qui ita affecti sunt, familiares & domesticos ignorant, atque ad alienos plerumque, tanquam ad familiares ac necessarios confugiunt? An non umbras per sæpe, non secus ac riuos aut hiatus quosdam transiliunt? ac sono, & strepitu, perinde ac mari fluctibus agitato aures eorum vndique personant? & terra ipsis in rectum exurgere, montesque in orbem cursitare videntur? Hi nonnunquam petulanti atque infinito quodam risu disfluunt: nonnunquam rursus ita disseruciantur, ac plorant, ut nulla ipsis consolatio afferri queat. Ac nunc quidem audaces & intrepidi sunt: nunc autem timidi, ac metu consternati. His & somni graues sunt, depulsuque difficiles, ac præfocantes, verèque mortis vicini: & vigilia somnis stupidiores. Insomni enim instar ipsis vita est: quippe qui, cum ne vestem quidem habeant, nec quid crastino die comedant, regno tamen potiuntur, dum ebrii sunt, atque exercitibus imperant, & vrbes extruunt, pecuniãque largiuntur. Huiusmodi rerum formis, ac tanta impostura, feruens vinum eorum pectus implet. Alij autem in contrarios affectus præcipientes aguntur. Spei enim omnis expertes sunt, & mæsti ac dolentes, lachrimis perfusi, formidolosi, atque ad omnem strepitum consternabiles. Qui demonis intemperis agitatur, huius vocem omnes miserantur: qui autem ebrius est, cum in eadem calamitate sit, tamen ne misericordiam quidem meretur, ut qui cum demone vltro accersito confligat.

*Ebrietas mala.* Cui vae? cui tumultus? cui molestia, & gerra? cui contritiones sine causa? cui liuidi oculi? An non is qui in vino immorantur, & circumspecti vbi comessationes sint? Væ, luctuosa est inclamatio. Luctu porro digni sunt, qui ebrietati student, quoniam ebrii regnum Dei non possidebunt. Tumultus autem, propter eam perturbationem, quam vinum animo atque cogitationibus affert. Molestia item ob eos vapores, qui ex bibendi voluptate sursum feruntur. Horum enim, propter eas deflexiones, quas ipsis ebrietas immitit, & pedes, & manus tanquam vinculis quibusdam constringuntur. Atque aded ante has affectiones, eo ipso tempore quo perbacchantur, eadem ipsis, quæ mente captis, accidunt. Nam cum cerebri membrana fuligine ea, quam vinum, dum euaporatur, sursum effert, plena sunt, caput intolerando quodam dolore afficitur,

*cumque*

*Ebrii arreptiuo inferiori sunt.*  
 Pro. 23.

1. Cor. 5.

- A** *cumque rectum super humeros manere nequeat, nunc in hanc, nunc in illam partem concidit, atque in vertebrae illabitur. Gerras porro vocat Sapiens immoderatum illud & rixarum plenum conuiuio colloquium. Contritiones denique temulenti sine causa fiunt, ut qui praecrapula sese erigere nequeant. Siquidem in varias lapsuum species euertuntur. Ex quo fieri aliter nequit, quin eorum corpus incassum conteratur. Verum quid ista ebrietate correptis hominibus commemorare attinet? Vertigine quippe ex crapula laborant, dormitant, oscitant, caliginem cernunt, nauseant. Ob eamque causam magistros non audiunt, undique ipsis inclamantes, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Ac rursum: Luxuriosa res est vinum, & contumeliosa res ebrietas. Quae quidem illi negligentes, ebrietatis fructum statim non sine fenore percipiunt. Tumesce enim corporis moles, humidi sunt oculi, os aridum* Eph. 5.
- B** *& inflammatum. Quemadmodum enim torrentis alvei, quanti sper aquis alluuntur, pleni esse videntur, at ubi ea inundantis aquae copia fluxerit, siccum relinquuntur: eodem pacto vinolentis quoque os, stagnante quidem vino plenum est quodammodo atque humidum, at ubi non nihil praeterierit, siccum & humoris omnis expers reperitur. Etenim immodico vini usu abreptum atque obrutum vitalem omnem humiditatem amittit. Quae enim hominis compages ac structura ita firma esse queat, ut temulentiae malis resistat? Qui namque fieri potest, ut corpus, quod mero semper incalescit ac perfunditur, non tandem diffluat, ac maciem contrahat? Hinc tremores, & imbecillitates. Nam cum spiritus ipsis ob immodicum vini usum tundatur, ac nervi dissoluantur, hinc fit, ut tremor in vniuersa corporis mole oriatur. Cur tibi ipse maledictionem Cain accersis, tremens per omne vitae* Ebrj maledictionem Cain sibi accersunt.
- C** *tempus ac circumactus? Cum enim corpus naturae fulcimento destituitur, circumagatur atque concutitur necesse est. Quousque tandem vinum? Quousque ebrietas? Videris iam hominis loco coenum esse: adeo te vino prorsus admiscuisti, atque ex quotidiana crapula eandem cum eo putredinem contraxisti, vinum nimirum redolens, idque corruptum ac foetidum. Ac seruus quidem herum verberantem fuga deserit: tu autem cum vino, quod nullo non die caput tuum ferit, permanes.*
- Vsus vini optimus modus est, corporis necessitas. Quod si fines excesseris, crastino die capitis grauedine affectus redibis, oscitans, aestuans, ac vertigine laborans, corruptumque vinum redolens. Omnia tibi rotare ac circumagi videbuntur.*
- Vae his qui bona re abutuntur. Ne vinum vituperes: sed eos qui praeter modum bibunt. Ibid.*
- D** *Profundum est mare: at vrinator tantum descendit, quantum ascendere potest. Quod si ultra modum descenderit, quia enatandi potestas non est, confestim mergitur. Huius rei causa mare non est, sed natantis immodica cupiditas. Eodem quoque modo in vino res se habet. Non enim vinum in culpa est, sed qui, praeter quam sat sit, eo vitatur. Ac sane miserandum Christianorum oculis spectaculum est, cum vir aetate florenti, ac corpore vegeto, qui inter milites illustri loco ac numero censetur, domum aliena opera deportatur, ut qui se erigere ac suis pedibus incedere nequeat. Ita is, qui hostibus terrori esse debebat, circumforaneis pueris risus ansam praebet. Sine ferro prostratus, sine hostibus obrunctus est. Vir militaris in ipso aetatis flore absumptus est, paratissime ea pati, quae hostium libido tulerit. Ebrietas rationis exortum est, roboris labes & corruptela, praematura senectus, breuis mors. Ecquid enim aliud sunt temulenti, quam Gentium simulacra? Oculos habent,* Ebrj Gentium similes.
- E** *& non vident: aures habent, & non audiunt. Manus fractae ac dissolutae sunt, pedes emortui. Quisnam has infidias comparauit? Quisnam haec mala confluxit? Quisnam vobis furoris pharmacum temperauit? Homo, ex conuiuio praedium effecisti. Adolescentes eiecis, qui tanquam vulneribus in bello acceptis, manu ducantur. Iuuenilis aetatis vigorem vino extinxisti. Atque ad coenam quidem, ut amicum, inuitas: mortuum, autem eiecis, vino nimirum extincta ipsius vita. Cum autem mero saturi esse existimantur, tunc initium bibendi faciunt, ac pecudum in morem bibunt: nempe tanquam fonte quodam ex tempore facto pares accumbentium numero riuos emittente. Progrediente enim iam longius potu, accedit ad eos quidam adulescens, ingentem refrigerati vini phialam gestans, atque in medio stans, aequam conuiuii vini portionem per obliquos canales distribuit: quod videlicet aequis partibus vna perbacchentur, ne quisquam alium bibendo superet. Nam cum canales inter se diuiserint, ac quisque eum, qui ad se conuersus est, susceperit, vno spiritu tan-*

- quam ex vno lacu boni instar bibunt, tñmque in fauces trahere coguntur, quantum vas potorii per argenteos canales emisserit. Miserum tuum ventrem queso respice, ac vasculi vinum recipientis magnitudinem cognosce: nempe quod vinus duntaxat vole concavitatem habeat. Ne id spectes, quando canalem exhaueris: sed id considera, ventrem tuum iam dudum plenum esse. Propterea, va qui consurgunt mane ad ebrietatem sectandam vsque ad vesperam, ac totum diem bibendo transigunt, nec ad opera Domini consideranda quidquam sibi temporis reliqui faciunt. Vinum enim eos exuret: quandoquidem calor ille, quem caro ex vino contrahit, ignea hostis tela exuscitat. Etenim vinum rationem ac mentem demergit: perturbationes autem & voluptates tanquam examen quoddam apum excitat. Quinam enim equorum currus amisso auriga vsquea deo temere fertur? Quenam nauis remoto gubernatore fluctibus, vt fors tulerit, iactata, ebrio homine tutior non est? Ex huiusmodi malis effectum est, vt viri ac mulieres, communibus choreis institutis, ac vinolento demoni in seruitutem addictis animabus suis, vitiorum cuspidibus sese inuicem sauciant. Risus ab vtriusque obscena cantiones, gestus meretricij, ad libidinosam petulantiam extimulantes. Heus tu, ridésne, cum ob ea quae praecesserunt, lachrimas emittere atque ingemiscere oporteat? Meretriciásne cantilenas fundis, eiectis psalmis atque hymnis quos edoctus es? Pedésne moues, ac furiosè saltas, atque inconcinne choros agitas: cum contra genua ad diuini numinis adorationem flectere oporteat? Vtras potius deplorem? Puellásne coniugij expertes, an eas quae matrimonij iugo tenentur? Nam & illa amissa virginitate redierunt: & haec pudicitiam maritis non retulerunt. Quamuis enim fortasse nonnulla corpore peccatum effugerint: at certe animo labem exceperunt. Quod etiam ipsum de masculis dictum sit. Male conspexerunt, male conspecti sunt. Qui aspexerit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. Si fortuiti congressus ipsi, qui curiosè foeminas contuentur, tantum periculi constant, qui consultò ac de industria proficiscuntur, vt mulieres praetemptentia indecore se gerentes, atque ad dissolutionem compositas videant, carminaque lasciuia cantillantes, quae, vel duntaxat audita, omne libidinis æstrum impudicis hominibus ciere queant, quid tandem dicturi, aut quid excusandi sui causa allaturi sunt, cum ex huiusmodi spectaculis infinitum malorum agmen collegerint? An non enim haec ipsis prospiciendarum foeminarum causa fuit, vt libidinis flammam excitarent? Ac proinde, iuxta seueram Domini sententiam, adulterij poenae obnoxij sunt. Quonam modo nos Pentecoste exceptura est, Paschate ita contumeliosè affecto? Pentecoste Spiritus sancti perspicuum atque omnibus cognitum aduentum habuit. At tu anteuertens, aduersarij spiritus domicilium te ipsum effecisti: ac pro eo quod per Spiritus sancti inhabitationem templum Dei esse debebas, idolorum templum factus es. Imprecationem Prophetæ tibi accersisti, ex Domini persona dicentis, Conuertã in luctum festiuitates eorum. Quonam pacto seruis vestris imperabit is, cum ipsi mæcipiorum instar stultis ac perniciosis cupiditatibus seruiaris? Quonam pacto filios monebit is, cum ipsi consilij expertem ac temeritatis plenam vitam ducatis? Quid igitur? An hoc statu vos deseram? At metuo, ne qui contumax & praefractus est, segnior fiat: & qui compunctus est, abundantiori tristitia absorbeat. Medicina enim, inquit ille, peccata magna comprimet. Quotirca ieiunium ebrietati, psalmus obscenis cantilenis medeatur: lachrima risus medicina sint: pro saltatione genu flectatur: pro manuum plausu pectus verberetur: pro vestitus ornamento humilitas suscipiatur.
- Pro. 13. Super omnia eleemosyna te à peccatis liberet. Redemptio enim viri, inquit Scriptura, propria diuitia.
- simile. Ebrietas Dominum non suscipit, Spiritum sanctum propulsat. Vt enim fumus apes in fugam vertit: sic crapula spiritualia dona propellit.
- Ebrietas impietatis origo est: vt quae principem animi partem, cuius potissimum opera Deus agnoscitur solet, caligine afficiat.
- Hom. 2. Ieiunantem Dominus intra sacrosancta septa admittit: eum autem qui temulentia laborat, vt prophanum & impurum rejicit. Nam si crastino die vinum, idque corruptum, redolens accesseris, quonam modo crapulam pro ieiunio ducam? Neque enim hoc tecum reputes, quod merum nunc non hauseris: verum istud potius, quod à vino minime purus sis. Vbinam te collocabo? inter ebrios, an inter ieiunantes? Etenim praeterita temulentia se sibi



**A** te sibi vendicat: contra præsens inedia testimonium ieiunio dicit. Dubium te, tanquam mancipium, ebrietas reddit. Statim enim, primus ieiuniorum dies expungendus tibi erit: quod videlicet ebrietas reliquæ adhuc in te hereant. Si ebrius ad ieiunandum accedis, quidnam hinc lucri referes? Nam cum ebrietas aditum tibi ad regnum præcludat, quorsum iam vtile tibi fuerit ieiunare?

His, qui in vino atque intemperantia vitam degunt, dies in noctis caliginem immutatur: non quod sol extinguatur, sed quod eorum mens ebrietate obscuretur.

An nescis quod qui Dei seruis per temulentiam iniuriam infert, aduersus ipsum Christum peccat, ac seipsum sempiternæ poenæ addicit?

Qui temulentum admonere tentat, quid tandem ipsi utilitatis afferet?

**B** Si diuino Apostolo obtemperas, disertis verbis dicenti, Ebriosi regnum Dei non possi-  
debunt, execrandam hanc ebrietatem fuge.

De ignauis ac segnibus, & contemptoribus. CAP. LXXXIX.



**V**ADE ad formicam, o piger, & considera vias eius, & discite Pro. 6.  
sapientiam: quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem,  
nec principem; parat in æstate cibum sibi, & congregat in  
messe quod comedat. Vade ad apem, & discite quia operaria  
est, quamque egregiam operationem faciat: cuius labores reges  
& priuati ad sanitatem adhibent. Desiderabilis autem est  
omnibus & gloriosa, quamuis alioqui viribus imbecillis. Vt

quequod piger dormies? quando confurges è somno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conferes manus ut dormias: & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. Anima ignaui esuriet: ac pigri opibus indigebunt. Piger probris affectus non erubescit: eodem modo qui mutuatur frumentum in messe. Dicit piger, Leo est in via, & latrones in itineribus.

Pannosis ac laceris vestibus induetur quisquis piger est. Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. Via contemptoris in perditione.

In pigritiis humiliabitur contignatio: & in desidia manuum perstillabit do-

**D** mus. Noli esse celer in lingua, & segnus ac remissus in operibus tuis.

Multam malitiam docuit otiositas.

Accedens autem, & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es: metis ubi non seminasti, & congregas ubi non sparsisti: & timens abij, & abscondi talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, sciebas quia meto ubi non semino, & congrego ubi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis, & veniens ego recepissem utique quod meum est cum vsura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur

**E** ab eo. Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores. Illic erit fletus, & stridor dentium.

Nam & cum essemus apud vos, hoc denunciabamus vobis: quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Audiuimus enim quosdam ambulantes in quiete, nihil operantes, sed curiose agentes. Iis autem qui huiusmodi sunt, denunciabimus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducent.

Otium sceleris origo est.

Peculiare est hoc animæ ignaue ac socordis, corpore vigilante in somnia cernere.

Quisnam sementis tempore domi desidens vel dormiens, orta messe sinum suum manibus implent? Quis vitem non consistam vindemiavit? Horum sunt fructus, quorum

Basil.

Ignauoria non est vita æterna

D. IOANN. DAMASCENI

labores. Horum sunt honores & corona, qui labores pertulerunt, ac victoriam obtinuerunt. *Ecquis eum corona donauerit, qui cum aduersario ne in arenam quidem descenderit?* *2. Tim. 2.* praesertim cum iuxta Apostolum, non satis sit certare, nisi etiam legitime certetur. Quisnam ille est certaminis arbiter, qui iisdem praemiis victorem, & eum, qui ne certamen quidem illo modo inijt, afficiat? Quis copiarum militarium praefectus in eandem unquam cum ijs, qui vicerunt, praeda partem eos vocauit, qui ne pugna quidem interfuerunt? Bonum boni nomen amittit, cum bene non fit.

De odio & inimicitia & disidijs, atque ijs qui praelium committunt. CAP. XC.

*Es. 67. 54* **D**ISSIPA Gentes quae bella volunt. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.

*Pro. 2.* Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebras: qui latantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Quod ingreditur contumelia, illuc etiam infamia. Improbus malefacit, cum ius commiscet. Vir iracundus prouocat rixas. Vir peruersus transmittit mala, & separat amicos. Altercationes excitat omnis malus: Dominus autem angelum immisericordem emittet ipsi.

*15.* Qui lubenter peccat, gaudet pugnis. Ne cito ad pugnam irruas: ne ad extremum te poeniteat. Ferrum ferro acuitur: & homo exacuit faciem amici sui.

*27.* Qui malitiam inflammat, ab ea perdetur.

*Es. 29.* Disperdentur qui inique agunt ob malitiam: & qui faciunt peccare homines in sermone.

*Hier. 4.* Filij insipientes sunt, & vacordes: sapientes vt faciant mala, bene autem facere nescierunt.

*Ecli. 28.* Vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Ante ignem camini vapor & fumus inalatur: sic & ante sanguine maledicta & contumelia. Abstine a pugna: & imminues peccatum. Contentio festinata excitat ignem: & pugna festinata excitat sanguinem.

*Mat. 12.* Omne regnum in se diuisum desolabitur, & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se non stabit. Quia abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.

*24.* Qui vos conturbat, portabit iudicium, quicumque ille est.

*Gal. 5.* Vbi zelus est, & contentio, illic seditio & omnis res mala.

*Basl.* Defecit charitas, diuinorum mandatorum radix.

*Na 7.* In malis certaminibus miserior est is qui victoriam obtinet: quandoquidem maiorem peccati partem habens, discedit.

*In Tetrastr.* Praestat recte vinci, quam periculose ac nefarie vincere. Sit finis irae: nesciat finem fauor.

De poenitentia Dei: & in quibus rebus Creator poenitentia affectus fuerit. CAP. XCI.

*Gen. 6.* **V**IDENS Deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, poenituit eum quod hominem fecisset in terra. Et dixit: Delebo hominem, quem creauit, a facie terrae, ab homine usque ad animantia. Poenitet enim me fecisse eos.

*1. Reg. 15.* Factum est verbum Domini ad Samuelem, dicens: Poenitet me quod constituerim Saulem regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit.

Contri-

**A** Contristatusque est Samuel, & clamauit ad Dominum tota nocte. Et non vidit Samuel ultra Saulē vsque ad diem mortis suae. Verumptamen lugebat Samuel Saulē, quoniam Dominū pœnitebat, quod constituisset eum regem super Israël. *Ibid.*

Operti sunt faccis homines & iumenta: & clamauerunt ad Dominum in fortitudine: & conuersus est vir à via sua mala, & ab iniquitate quæ erat in manibus eius. Et dicebant, Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non pereamus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitia, quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit. *Iona. 3.*

**B** Repentē loquar aduersum Gentem, & aduersum regnum, vt eradicem & destruam & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit Gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam: agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi vt facerem ei. Et subito loquar de Gēte, & de regno, vt ædificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam: pœnitentiam agam super bono quod locutus sum vt facerem ei. *Hier. 18.*

## De fraterno odio. CAP. XCII.



**V**IDENTES fratres Ioseph, quod à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. Et mutuo loquebantur, Ecce somniator venit: venite occidam eum, & mittamus in cisternā veterem: dicemusque, Fera pessima deuorauit eum. Et tunc apparebit, quid illi profint somnia sua. *Gen. 37.*

A bimelech conduxit sibi viros inopes & vagos, secuti que sunt eum. Et venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ierobaal septuaginta viros super lapidem vnum: remansitque Ioathan filius Ierobaal minimus, & absconditus est. *Iud. 9.*

**D** Fuit illo tempore Iephthæ Galaadites, vir fortissimus atque pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus est de Galaad. Habuit autem Galaad vxorem, de qua suscepit filios: qui postquam creuerant, eiecerunt Iephthæ, dicentes, Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de altera matre natus es. Quos ille fugiens atque deuitans, habitauit in terra Tob. Congregatique sunt ad eum viri inopes, & latrocinantes, & quasi principem sequebantur. *Iud. 11.*

Nunquid non pater vnus est omnium nostrum? Nunquid non Deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisque vestrum fratrem suum? Omnis qui fratrem pauperem odit, procul ab amicitia est. *Mat. 23.*

**E** Erat filius senior in agro. & cum veniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam, & chorum: & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent. Isque dixit illi, Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum faginatam, quia saluum eum recepit. Indignatus est autem, & volebat intrare. Pater ergo illius egressus, coepit rogare illum. At ille respondens, dixit patri suo, Ecce tot annis seruo tibi, & nunquam mādatum tuum præterui: & nunquam dedisti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer. Sed postquam venit filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, occidisti illi vitulum faginatam. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. *Luc. 15.*

Si quis dixerit, Quia diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, quomodo diligere potest? Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. *1. Io. 3.*

Pro.

Eclli. 2.

9.

10.

Luc. 12.

14.

16.

18.

1. Cor. 9.

15.

Ephes. 6.

2. Tim. 2.

2. Ioan.

Basil.

simile.

Hom. in

psal. 1.



HESAVRIZAT Dominus his qui salutis suæ negotium agunt: lætabuntur qui solitariam vitam agunt in terra.

Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum, & sustine. Noli circumspicere in vicis ciuitatis.

In medio fratrum rector illorum in honore.

Noli timere pusillus grex: quia cõplacuit Patri meo dare

vobis regnum. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est ad regnum Dei. Quis ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne posteaquam potuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes, Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest esse discipulus. Nemo potest esse duobus dominis seruire. Aut enim vnum odiet, & alterum diligit: aut vni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domum aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in seculo venturo vitam æternam.

Nescitis quod ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? Sic currite, vt comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem vt incorruptam. Fratres mei dilecti, stabiles estote, & immobiles: abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino.

Fratres, confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia, in celestibus. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loriceam iustitiæ, & calceati pedes in præparationem Euangelij pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignita extinguere. & galeam salutis assumite: & gladium spiritus, quod est verbum Dei.

Nemo militans implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat, qui se elegit. Nam & qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitime certauerit.

Videte vosmetipsos, ne perdati quæ operati estis: sed vt mercedem plenam accipiatis.

Egrezum pugilem, cum semel ad pietatis stadium se accinxerit, aduersariorum ictus forti animo ferre oportet, sicut illius gloriæ, quæ ex coronis cõparatur. Nam etiam in ijs certaminibus, in quibus nudo corpore pugnatur, ij qui palestre laboribus assuefacti sunt, non ad vulnerum acerbicatem animis contrahuntur, verum aduersus hostem procedunt, victoria ac præconij cupiditate præsentis labores perferentes.

Scala huic non absimile esse pietatis studium cõtinnumque dixerim, quam quondam beatus Iacob conspexit. Quæ quidem partim humilis atque abiecta erat, partim ad ipsum usque cœlum pertingebat. Operæ pretium est igitur, vt qui ad probam & honestam vitam inducuntur, in infimis primùm gradibus vestigium figant, atque ita deinceps proximam ascendant, quousque ad illud fastigium, quod in humanam naturam cadit, per rationi consentaneum progressum tandem peruenerint. Quemadmodum igitur in scala primus gradus est

secessus

**A** secessus à terra: sic in sancta & diuina legi consentanea vita degenda ratione progressus initium est seiunctio à vitio.

Affectione huius vita, tanquam vinculis quibusdam, soluatur necesse est, qui Deum In Reg. fus. dispu. Verè sequi parat. Hoc autem prorsus secedendo, ac veteres mores obliuiscendo, compara- artic. 5. tur. Nam nisi, tum à carnali cognatione, tum à vita & consuetudine nos ipsos remouerimus, ac per vita diuino cultui consecratæ studium, tanquam ad alterum mundum migraverimus, iuxta eum qui dixit, Nostra conuersatio in caelis est, fieri non potest, vt id, quod no- phil. 3. bis propositum est, assequamur, hoc est vt Deo grati acceptique simus, præsertim cum Do- Luc. 14. minus expressè dixerit, Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

**B** Anima, qua in flagitiosorum hominum multitudinem intuetur, primum peccata Artic. 6. sua persentiendi, atque ob admissa flagitia per penitentiam sese afflictiendi spatium non habet: Verum cum deterioribus se comparando, virtutis opinionem quandam colligit. Deinde à tumultibus & occupationibus, quas hæc vita afferre consuevit, à Dei recordatione abstracta, non hoc solo detrimento afficitur, quod in Deo minime oblectatur, & exultat: Verum etiam in eam consuetudinem venit, vt Dei iudicia omnino contemnat, & obliuiscatur. Quo quidem nec grauius ipsi quicquam, nec perniciosius accidere Diuino- rum iudi- ciorum obliuione nil perni- ciosius. queat.

Renunciatio, vt superiore oratione ostendimus, est vinculorum terrenæ huius & cadu- Artic. 18 cæ vitæ dissolutio, atque ad cœlestem vitæ degenda rationem migratio.

**C** Per continentiam, non omnimodam à cibis abstinentiam intelligimus (id enim vio- Artic. 18 lenta quædam est vitæ dissolutio) sed eam, quæ ad delenda vitia adhibetur, corporis ma- cerationem.

Continentia est peccatorum sublatio, perturbationum depulsio, corporis, etiam vsque ad Artic. 18 ipsas naturales affectiones cupiditatæque, mortificatio spiritualis vitæ initium, cœlestium bonorum conciliatio, peccati stimulum in seipsa delens ac de medio tollens.

Non est existimandum pietatis scopum esse otij ac desidij occasionem, & laboris fu- gam: Verum certaminis, atque ampliorum laborum, patientiæque in tribulationibus ma- teriam.

Sic demum templum Dei efficitur, cum assidua Dei recordatio terrenis curis minime Quomodo interrumpitur, nec inopinatis incommodis & calamitatibus mens perturbatur: Verum om- quis tem- plum Dei nia effugiens vir pius ad Deum secedit, atque ea, quæ nos ad vitium illiciunt, à se extru- efficitur. dens, in ijs studiis, quæ ad virtutem ducunt, immoratur.

Laboribus sanitas, & sudoribus salus comparatur.

Protinus te compara:

Ratiõque mentem tollat in cœlum tuam.  
Nil, quod redundet, posside: sed sarcinas  
Inanis huius & malæ vitæ fuge.  
Caro dometur, ac tuum iussum audiat.

Na. 7.  
Carm. de  
Secessu.

**E** Vides hos & victu & recto carentes? hos carnis propemodum & sanguinis expertes, Orat. 1. in Iul. atque hac ratione ad Deum appropinquantes? hos illotis pedibus homines atque humi cu- bantes? hos humiles & excelsos? hos inter homines versantes, & supra homines euectos? hos vincetos & liberos? hos comprehensos & comprehensionem omnem fugientes? quorum nihil est in mundo, & omnia supra mundum? quorum duplex vita est, altera contem- pta, altera studiosè culta & expetita? hos inquam propter mortificationem immortales, pro- pter solutionem Deo coniunctos, ab amore alienos, & diuino ac libidine vacuo amore cor- reptos: quorum fons lucis, & quorum iam radij splendorisque traiectiones: quorum angelici psalmorum cantus, & pernox stans, & mentis ad Deum excessio, ante mortem in cœlum se rapiantis: quorum purgatio, & tamen purgantur, quippe qui nullum ascensus & deifi- cationis modum sibi constituent.

Vitam ab omni reprehensione puram colere ac meditari oportet, nec quicquam eorum Cyril. prætermittere, quæ Deo grata & accepta sunt.

Præclarum est piæ ac Deo deuotæ vitæ studium, cum mediocritate ac vera scien-

tia coniunctum.

*Albana.* • Eum, qui continentia studet, turbas fugere conuenit, ut & mentem ab omni distractione liberam, & pectus ab omni perturbatione purum habeat. Siquidem in turbis ingens est perturbatio.

*Clement.* Non dormientium & ignauorum Dei regnum est: sed violenti rapiunt illud. Etenim hoc unum violentia genus laude dignum est, nempe Deo vim afferre, atque ab eo vitam extorquere. Ipse autem cum se à quibusdam arcte, vel potius violenter stringi uideret, dat manus, ac cedit. Gaudet enim ad hunc modum uinci.

*Nili.* • Num enim athletæ uestibus induti certant? Nudos eos in arenam lex palaestra ducit, siue aestus sit, siue frigus. Quod si quis eorum corporis denudationem detrectet, eadem quoque opera certamen detrectat.

Nudus fugiet in die illa. Ob eamque causam Proverbiorum author ad aliptam dicebat, Deme ipsi uestimentum: transit enim, hoc est, in arenam descendit. Nudum porro luctari oportet. Imò uero non nudum duntaxat, sed etiam unctum. Etenim nuditas quidem hoc præstat, ut aduersarius pugilem contrectare nequeat: oleum autem id efficit, ut etiam si fortasseprehendatur, tamen ex hac prehensione elabatur. Eoque fit, ut athletæ aduersarios terra conspergere studeant: ut olei leuitatem puluere asperantes, facilius eosprehendere queant.

*Philonis.* Vir probus paucis rebus indiget, ut qui in immortalis & mortalis naturæ medicullio sit. Etenim ob corpus mortale, hoc habet ut egeat: ut autem non multis egeat, ob animum immortalitatis cupiditate flagrantem.

De discipulis: • Quod eos studiosè ac diligenter ad disciplinas accedere oporteat, nec doctrinæ laborem defugere, sed percunctari, ac discere ab ijs qui norunt.

C A P. X C I I I I.

*Deut. 32.*



INTERROGA patres tuos, & dicent tibi: maiores tuos, & annuntiabunt tibi.

*Prov.*

8.

4

Fili, non te apprehendat consilium malum, aut relinques doctrinam iuuentutis. Stulto interroganti sapientiam, sapientia reputabitur. Accipite disciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis quam aurum eligit. Posside sapientiam, posside prudentiam: arripe illam, & exaltabit te.

*Eclli. 6.*

dabit capiti tuo augmenta gratiarum. Fili, da disciplinæ cor tuum.

Fili, à iuuentute excipe doctrinam, & usque ad canos inuenies sapientiam. Quasi is qui arat, & qui seminat, accede ad eam, & sustine bonos fructus illius. In opere enim ipsius exiguum laborabis, & citò edes de generationibus illius. Quàm aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors. Inuestiga illam, & manifestabitur tibi: & ea potius ne derelinquas eam. In nouissimis enim inuenies requiem in ea: & conuertetur tibi in oblectationem. Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis, & torques illius in stolam gloriæ. Decor enim uitæ est in illa. Fili, si attende-  
ris mihi, disces: & si accommodaueris animum tuum, sapiens eris.

*Phil.*

Querere ac percunctari, res est ad comparandam doctrinam maximè frugifera.

Qui scientiæ fame ac siti afficitur, atque ea, quæ ignorat, discere studet, relictis omnibus alijs curis ad auditionem contendit, ac noctu & diu ad sapientum uirorum fores excubat.

Quod quisquam sciat se nescire, scientiæ est: quemadmodum & quod sciat se iniuste egisse, iustitiæ.

De

*De iis, qui ex locis in loca libenter migrant.*

## CAP. XCV.

**X**EVNTI & introëunti non erit pax à tribulatione. *Zach. 8.*  
 Vita nequam hospitandi de domo in domum: & vbi hospitabitur, non *Eccli. 29.*  
 fiducialiter aget, nec aperiet os.

*De mercenariis, & iis qui mercenarios fraudant.*

## CAP. XCVI.

**N**ON morabitur opus mercenarij tui vsque manè. *Leuit. 19.*  
 Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, siue ad- *Deut. 24.*  
 uenæ, qui tecum moratur in terra: sed eadem die reddes ei pretium la-  
 boris sui ante Solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animã  
 suam: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatũ.

Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio: a- *Hier. 22.*  
 micum suum opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei.

Non lædas seruum in veritate operantem, nec mercenarium dantem animam *Eccli. 7.*  
 suam.

Ei, qui operatur, merces reputatur, non secundum gratiam, sed secundum de- *Rom. 4.*  
 bitum.

**E**cce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à *1ac. 5.*  
 vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.

*De his qui frustra laborant.*

## CAP. XCVII.

**V**ANVM laborauit, congregas diuitias, ex quibus non gustabit. *Iob.*  
 Veruntamen vanè conturbatur omnis homo viuens. *Psal. 38.*

Qui seminat iniquitatem, metet mala: vanitatem operum suorum *Pro. 22.*  
 consummabit. Qui persequuntur mala, mente carent: omnes vani,  
 qui faciunt quæ sibi grata sunt, nihil inde vtilitatis percipient.

**I**n vacuum laboraui: sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi. *Esai. 49.*  
 Confidunt in nihili, & loquuntur vanitates: conceperunt laborem, & pepere- *59.*  
 runt iniquitatem. Telas aranæ texuerunt.

Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam. Vnus ædificans, & vnus *Eccli. 22.*  
 destruens: quid prodest illis nisi labor? Vnus orans, & vnus maledicens: cuius *34.*  
 vocem exaudiet Deus?

*Cribo aquam ferentes, & in pertusum dolium aquam infundentes.* *Basil.*

*De iuuenili ætate.*

## CAP. XCVIII.

**Q**VO corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermo- *Psal. 118.*  
 nes tuos.

Iuuenis cum piis viris: & recta via eius. *Prou.*

Melior est puer pauper & sapiens, quàm rex senex, & insapiens. *Eccli. 4.*  
 Lætare iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentu- *11,*  
 tis tuæ, & ambula in viis cordis tui immaculatus.

Adolescens loquere, si quid tibi opus est: vix autem, si interrogeris. *Eccli. 32.*

Volo iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasio- *1. Tim. 5.*  
 nem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædam conuersæ sunt retro Sa-  
 tanam.

*Basil.* Naturâ hic morbus iuuenibus insitus est, ut præ animi leuitate iam se tenere existimēt et quæ sperant. Nam cum tranquillitatem aut nocturnam quietem nacti sunt, eiusmodi rerum species sibi fingunt, quæ nullo modo existere queant, mentis videlicet leuitate ad omnia velut præcipites acti, ac vitæ splendorem, amplum matrimonium, elegantem sobolem, longam senectutem, delatōsque ab omnibus hominibus honores sibi proponentes. Deinde, cum nusquam cogitatione consistere, gradūque figere possint, supra modum intumescunt, & qua sunt amentia, speratis rebus, tanquam iam presentibus, ac velut ad pedes positus frui sibi videntur.

*Naz. O-rat. de seipso.* Inter eum qui ætate puer est, & eum qui puerili animo est, nihil interest. Quidnam carne genio indulgente, ac præcipiti iuuentute stolidius est? Iuuenili adhuc ætate est quispiam? Aduersus vitiosas affectiones fortem ac strenuum se præbeat: atque hoc emolumentum ex iuuentute percipiat, ut non ea, quæ huic ætati consentanea sunt, patiatur, verum senilem prudentiam in florenti ac vegeto corpore colat. Atque ex hac victoria maiorem animo voluptatem capiet, quam qui in Olympia coronam consequuntur.

*InTetrast.* Vtrumque turpe, cum sene est infirmior Iuuenis, eoque stultior rursus senex. Ergo ille, ut ætas postulat, prudentia Excelsat: ast hic ante canos sit sophus.

*Euagr. Greg. Nyss. Cōsiliū in omni re à senibus percedum.* Iuuenis placidus multa sùfferit: imbecillis autem animi senem quis sùfferet? In omni ut plurimum negotio periculosum est à iuuentute cōsiliū capere: nec facile quisquam rem aliquam magni momenti ex sententia successisse reperiat, in qua ad deliberationis societatem senectus adhibita non fuerit.

De morbo & imbecillitate laborantibus: & quòd eos visitare oporteat.

CAP. XCIX.

*Prout. 21.* **VI** obturat aurem suam ad clamorem pauperis: & ipse clamabit, & non exaudietur.

*Eccli. 7. 38. 30.* Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. Fili, in infirmitate tua ne despicias teipsum: fed ora Dominum, & ipse curabit te. Melior est mors, quam vita amara: & requies æterna, quam languor perseverans.

*Mat. 25. Iac. 5.* Infirmitas eram, & visitastis me.

*Gal. 6.* Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus.

Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. Mementote infirmorum: ut qui ipsi quoque sitis in corpore.

*Naz. Mat. 25.* Effrenata prosperitati morbus cum sapientia coniunctus præstat. Quòd si propter egestatem nihil habeas, quòd pauperi impertias, teipsum offer, ac verborum consolationem ipsi muneris loco adhibe. Infirmitas eram, inquit, & non visitastis me. Opes non habes? At pedes habes, & os, & sermones. Ingredere, & consolare, ac mœrorem pelle, alacrioremque ac patientiorem egrotum redde.

*Chrysof.* Ne te, ò homo, fratres tuos egrotantes visitare pudeat. Siquidem huiusmodi visitationes & hortis, & pratis, atque conuiuuiis amœniores sunt. Nam ex hortis nihil boni nobiscum domum referimus: ex conuiuuiis rursus ebrietatem ac dementia, & innumera mala. At ex huiusmodi visitationibus lætas spes, diuinam benevolentiam, cœlestem fiduciam, animi probitatem & æquitatem lucramur: atque hoc denique, ut nullis rerum euentibus consternemur, sed in omnibus, quæ humanitùs accidunt, philosophicum animū præstemus.

*Aduersus eos qui egrotant.* Plerique diuites à sanis ministerium exigunt, & quidem citra ullam indulgentiam: egrotantium autem nullam omnino curam gerunt. Verum, oborto morbo, visitationis omnis experti





A expers iacet humi abiecta ancilla. Non herus ad eam animum adiicit, non hera eam <sup>visi-</sup>tum ser-  
 tat. Quòd si etiam quandoque ipsi ad egram accedere necesse sit, haudquaquam vt pari ge-  
 nere <sup>uorum</sup> tam inuisit, sed toruo eam oculo intuetur, atque aspero sermone alloquitur: inatura ni-  
 mirum, ob superbiae tumorem, cognationem suam inficiente. Quid? An non Scripturas le-  
 gitis? An nescitis quid sanctus Dauid dicat, Sicut oculi seruorum in manibus dominorum <sup>ra nulla</sup>  
 suorum, sicut oculi ancilla in manibus dominae suae: ita oculi nostri ad Dominum Deum <sup>afficiun-</sup>  
 nostrum? Hac similitudine fac commonearis: time quae scripta sunt: morbo laboranti opem <sup>tur.</sup>  
 affer. Saluator primum homo non erat: Verum cum Vni genitus Deus esset, tamen homi-  
 num causa homo fieri sustinuit. At tu, cum homo sis, contribulem tuum, tanquam disparem  
 reuicis, atque eiusdem tecum generis naturam misericordia prosequi recusas: ac, cum brutum  
 B animal claudicat, ob usum tuum ipsius curam geris: cum autem famulus tuus, animal ra-  
 tione praeditum, in morbo versatur, susque deque id habes, neq; ipsius cura aliqua afficeris.

Quòd vigilanti animo nos esse, ac salutem nostram curare oporteat.

C A P. C.



E D E D E R I S somnum oculis tuis, nec dormitent palpebrae <sup>Pro. 6.</sup>  
 tuae: Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu au-  
 cupis.

Sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo compre- <sup>Eccl. 9.</sup>  
 henduntur: sic homines capiuntur in tempore malo, cum eis  
 extemplo superuenerit.

Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo: quoniam cum <sup>Eccl. 13.</sup>  
 subuersione tua ambulas. Omni vita tua dilige Deum: & inuoca illum in salute  
 tua. Attende tibi ipsi, ne cadas.

Qui stat, videat ne cadat. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pu- <sup>1. Cor. 9.</sup>  
 gno, non quasi aërem verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redi-  
 go: ne forte cum aliis praedicauerim, ipse reprobus efficiar.

Sobrius estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, <sup>1. Pet. 5.</sup>  
 circuit quaerens quem deuoret: cui resistite fortes in fide.

D Tu verò vigila in omnibus, labora, opus fac Euangelistae, ministerium tuum <sup>2. Tim. 4.</sup>  
 imple.

Super occultos laqueos fac perpetuo sublimior incedas: ne alioqui, dormiente te, malum <sup>Nat.</sup>  
 semen admisceat malorum & aeternorum sator, atque inuidus hostis.

Bini negatur (finis hic) modis Deus,

In Tetraff

Sermone, Vita, sedulus fraudem caue.

(Nam Marte recto iugiter lacefferis.)

Lustris opus sit ne tibi nouissimis.